

A.

Blätter 1113 - 23. 25. 27 - 31. 34 - 35. 37 - 38.
40 - 42. 44 - 50. 52 - 53. 55 - 57. 59.

18

3
are 2

DISSERTATIONEM PHILOLOGICAM,
Qua
NOVA HYPOTHESIS ETYMOLOGICA HEBRAEA
De
VOCVM SEMINI-
BVS,
LITTERARVM SI-
GNIFICATIONE HIERO-
GLYPHICA,
MODESTE EXPENDITVR,
RECTORE MAGNIFICENTISSIMO,
SERENISSIMO PRINCIPE AC DOMINO,
DN. PHILIPPO WILHELMO,
PRINCIPE BORVSSIAE, CETERA,
Indulgente Amplissimo Philosophorum Collegio,
IN ACADEMIA FRIDERICIANA,
PRÆSIDE
M. CHRISTIANO BENEDICTO
MICHAELIS,
ORD. PHILOSOPH. ADIVNCTO,
d. XVI. Febr. c. 15ccix.
H. L. Q. C.
Publico examini exponet
CONRADVS ANDREAS Bünther/
Bleicheroda - Hohnsteinenfis.

HALAE MAGDEBURGICAE, LITTERIS SALFELDIANIS.

Exstat Tadicium Arionymii ad Anticum, super hypothesi nova cky
iologica Hebrewa, Germanice. hyerunt illud Tonzelius ssi
nn Monasten 1693. pag. 157. seqq. Vid. Index ibidem
in vce Ludolf. ex quo hunc Keras in Vita Ludolfi p. 174
probat, Ludolffum esse huius scripti auctoren. Hoc
aber nigliq; byndigk; dicitur, nachstet Ludolfi bessor der Autor,
Hypothesos novae tunc Speciminiisq; nigli sollicitoq; auf diez
Tadicium nigli nigli eigentl; non sif saget will. Dic ei;
nurq; bedürftig radicem cognoscarmen sif inst. qm chanc
musten a primitiis simplicioribus, oder sif eod ego quidez
magis probandum arbitror. Similiter sif dentoq; und veränderungen
oder Verbrauch der Verte non seculi laetari possint.

Ex sif mi; I.D. Mich. Compendiisq; des Mittel, p. 96. intellectu dries
Sensum hanc meam dissertationem inter molimina Satanae, ecclesie
Christiane tam egregiam hypothesin, qualis Neumanniana est, inni;
dantis, communeranisse.

VIRO
SVMME REVERENDO, AMPLISSIMO
NEC NON DOCTISSIMO,
**M. OTTONI CHRI-
STIANO DAMIO,**
CONSISTORII REGII, QVOD ELLRICAE
EST, CONSILIARIO, IN COMITATV HOPENSTEI-
NENSI SVPERINTENDENTI, ET ECCLESIAE ELL-
RICENSIS PASTORI PRIMARIO MERI-
TISSIMO;

ET

VIRO
ADMODVM REVERENDO, AMPLIS-
SIMO DOCTISSIMOQVE
ANDREAE ERICHS,
EIVSDEM CONSISTORII CONSILIARIO,
ECCLESIAEQVE BLEICHERODENSIS PA-
STORI PRIMARIO GRAVISSIMO,

ET

ET
VIRO
PLVRIMVM REVERENDO, AMPLIS-
SIMO NEC NON DOCTISSIMO,

GEORGIO VVILL-

HELMO vonder *Gage*/
ANIMARVM, QVAS VINARIENSIS ECCLESIA AD
D. PETR. ET P. COMPLECTITVR, CVSTODI
FIDELISSIMO,
AVVNCYLO SVO SINGVLARITER COLENDO,

ET
VIRO
NOBILISSIMO AEQVE AC PRVDENTISSIMO,
IOANNI MICHAELI
Günther/

PRAEFECTVRAE NEVSTADIENSIS AD HERCYNIAM
ADMINISTRATORI, REDITVVMQVE DISPENSA-
TORI PERITISSIMO,

PATRVO SVO AESTVMATISSIMO;
Patronis, Fautoribus, Consanguineis ac Ami-
cis, maxime suspiciendis,

*Dedicatione dissertationis huius academice se, suaque
studia, quantum potest, commendat*


CONRADVS ANDREAS Günther/
Theol. & Phil. Cult.



S'ingularis illa benevolentia Vestrā, Patroni æstumatisimi, quam tot annos cumulatissimam expertus sum, diu dubitabundum me tenuit, qua ratione efficerem, vt mea beneficiorum memoria, & grati animi testificatio aliquo modo pateret. Recenterem hoc loco innumera, quibus ad pietatem, officiumque excitari possum, amoris signa: memorarem publice Vestrum erga familiam meam fauorem, nisi scirem, Vobis magis probari orationem ad modestiam Vestram moderationemque singularem compositam. Illud conabar per litteras agere, quæ minus timent, & minus erubescunt; sed animum simul subiit, Vestrā in me merita, quæ publica sunt, & multorum conscientia tenentur, epistola non recte coli, quam in paucorum notitiam venire oportet. Tacito itaque cultu & pietatis affectu venerari Vos mecum constituebam, donec Musæ meæ peperissent, quod eruditorum, & Vestros imprimis oculos q[uod]ammodo sustinere posset. Quoniam itaque primus nunc studiorum meorum, quibus in alma FRIDERICIANA academia inter cetera operam dedi, auspicio diuino prodit fructus, vmbratilis videlicet exercitatio, eandem amplissimorum nominum Vestrorum nuncupatione, VOBIS
dedi-

dedicatam volui, ut occasio mihi esset & alloquendi Vos,
& benevolentiam erga me Vestram publice prædicandi.
Quibus enim nostra consecrare mallem, quam Viris summo iudicio, acutissime discernendi facultate pollentibus,
in quibus nihil, quod vel in honesto, vel in prudentia,
vel in doctrina politum est, desideratur? Viris, quos sacris rebus præfæc*t*e ius*tit* REX noster clementissimus? Viris, quibuscum æctissimo necessitatis & consanguinitatis vinculo connexus sum? Qua de causa accipite, PATRONI æstumatisissimi, hoc specimen academicum, ut fidei, pietatis & obseruantiae monumentum! Serena fronte accipite primitias studiorum meorum, eorumque velut rationem, ut Vobis constet, quomodo ad bonas litteras, dum Halæ fui, incubuerim. Imprimis autem, vti coepistis, amare me pergit, qui nunquam Vester esse nolo: conservate favorem & benevolentiam observantissime roganti, qui pro salute Vestra & omnigena felicitate ardenter vota nuncupare non desino. quo, si a summo NVMINE exaudiantur, ut nullus dubito, & Vobis & mihi æternum gratulari queam. Valete! Dabam Halæ Hermund, Pridie Non, Febr. CIC CCC IX.

CAP.



PROOEMIVM,

§. I.

Ex quo Hebraismi studia, fausto omne, in Christianum orbem inuecta sunt, certatim viri docti in id incubuerunt, ut Lexica lingue S. discentibus pararent, parata vero corrigerent, magisque ac magis supplerent. Quia in re licet non unam eandemque viam, nec aequa feliciter omnes calcauerint; est tamen illorum studiis effectum, ut nostra quidem etate multo, quam antea, ad Hebraismum expeditius iter sit.

§. 2. Neque tamen post tot labores ita sunt omnia explanata, quin quod agendum sit, nostris etiamnum temporibus reslet. Immo multos passim eruditii obseruant bias-
tus, errores, defectus Lexicorum exstantium: quibus tam
remedendis pauci consilia, paucioresque manum adbi-
uerunt. Vera vocabulorum etymologia, emphasis ac no-
tio formalis subinde in obscuris ac desideratis esse censetur:
quidquid hanc in rem prestantissima ingenia laborauerint,

§. 3. Inter alios nostra etate Vir admodum reveren-
dus, ac doctrina pariter & ingenio pollutissimus, D. CA-
SPAR NEVMANNVS, Ecclesiarum Scholarumque Aug.
C. add., apud Vratislauenses Inspector, hos Lexicorum de-
fectus non adnotauit modo; sed, quantum in ipso fuit, et-
iam emendare studuit. Hoc vero ut obtineret, viam ingre-
sus

sus est prorsus singularem, & a nomine Lexicographorum antea calcatam. Existimauit enim primo, vera Hebraicarum vocum etyma indagaturo, non esse in trium quatuorue litterarum radicibus subsistendum; sed altius inde pergendum ad primitiuam bilittera. Deinde vero in consonantibus ipsis sibi visus est reperiisse notiones hieroglyphicas, ex quibus formale tum seminum (ut vocat) bilitterorum, tum radicum ac derivatorum construendum esse putauit. Quae de re prelibandum nonnihil dedit in Epistola super hypothesi noua etymologica, anno 1693, iam edita. Copiosius vero exposuit mentem suam in Genesi Linguæ Sanctæ, quam Norimberga anno 1696, itemque in Exodo Linguæ Sanctæ, seu Lexico etymologico, cuius litteram & ibidem anno 1697. litteram & 1698. litteram & 1699, ac denique 1, 2, 3, anno 1700, publicauit. Accessit bis anno 1707. Dissertatio Epistolaris ad Illustriss Dm. de Leibnitz, Vratislavia edita, qua bigam difficultatum, de Vrim & Tummim, & de Cibo Samariæ obseßas, & Reg. VI, 25. noua hypothesis sua specimine, expedire tentauit, præmissò significatiōnis litterarum Hebraicarum hieroglyphica quodam Breuiario. Ita autem, quod proposuerat sibi, persequens est Vir Celeberrimus, ut nemo videatur explicare potuisse ingeniosius.

§. 4. Interim quamvis hypothesis illa noua, quod nos quidem sciamus, ex instituto & publice ab eruditis examinata vel impugnata hucusque non fuerit; fieri tamen vix potest, ut opinio, que, ipso fatente Auctore, magnis implicita est difficultatibus, quoque ne fando quidem Lexicographis nota fuit, ab omnibus libera sit dubitationibus. Quid vero magis ad causę illustrationem idoneum fuerit, quam collatis sententiis, trutinatis verique rationi-

tionibus & argumentis, veritatem eruere? Salem res ipsa indigna haud est studio & scrutamine, ut de eius vel veritate & evidentia, vel falsitate & incertitudine studiosus evidenter liqueat.

§ 5. Hac dum nobiscum reputamus, in mentem venit, scrupulos contra nouam hypothesisin nobis obortos, in materiam exercitationis academicæ collectos dare, nullo quidem alio fine, quam ut Vir Celeberrimus in promissa Breuiarii sui uberiore Deductione ad eos respicere dignetur; quo, discussis resolutisque dubitationibus, planiora & certiora omnia existant. Cumque duobus potissimum capitibus tota ipsius hypothesis contineri videatur, quorum prius est de Vocabulario Hebraicarum primitiuis bilitteris, alterum vero de Litterarum Hebraicarum valore hieroglyphico; ad utrumque seorsim nonnulla sumus adnotaturi. Agemus modeste, ne quid pudori; agemus tamen & libere, ne quid veritati detrabatur. Quid institutum nostrum ne Vir Celeberrimus (cuius sum sacrum amplissime munque munus reueremur, tum admiramur do-

ctrinam) grauiter ferre velit, est quod maiorem in modum rogamus ac obtinamur.

*Edidit anno 1712.
Wroclaviae sub iida,
Io. Clavis domus Hebreo
rectitudinem attigit
ab his libri a me macta,
officeret ratus, difficultates, quibus forte impa-
rata sunt, & sententia huius generis
se translatire solent.
Vidi in catalogo
Manni Clavis vocum
Pover partem in tertiam
Wroclaviae 1715.*

CAPVT I.

De

HEBRAEORVM SEMINIBVS

Seu

PRIMITIVIS BILITTERIS.
SUMMARIA.

Quid per Semina intelligatur, evoluitur §. i. Eorum theoria, presertim in Radicum compositione, compendiose sistitur §. 2. adiunctis de illorum vsu posterioribus regulis §. 3. Et hancenus quidem ex mente D. Autoris. Probatur vero contra Eundem, Verba quiescentia Aiu Vau vel lod perperam pro bilitteris haberi §. 4. quod ipsum de Nominibus quoque §. 5. ac Particulis §. 6. ostenditur. Additur, non debuisse litteras γ θ in formatione radicum ex numero affirmatiuarum (vt Celeber. Autor vocat) excludi, cum ε actualiter exstant hisusmodi radices, & tertia γ Verborum quiescentium ab ipsis litteris originaliter orta fuisse videatur §. 7. Expenditur primum pro bilitteris Seminibus argumentum, quod est ab auctoritatibus §. 8. & 9. Alterum, a summa pime et lingua simplicitate §. 10. quod invertitur §. 11. Tertium, a derivandi legibus: ubi ostenditur, nimis liberaliter supponi, quasi bilitterae voces sint, que tamen revera trilittera §. 12. item, quasi absurum sit, monosyllaba bisyllabis derivare §. 13. & 14. Quartum denique, quod a Radicum cognitionibus sumitur: ubi post genuinum cognitionis radicum systema exhibatum, insfirmitas argumenti ostenditur §. 15. 16. sublata simul, quam Celeberrimus Autor constituit, inter characteristicas & accessorias litteras differentia §. 17. Praiudicia contra hec semina formantur primo, quod nulla prosus aut paucissima saltet in vsu sint §. 18. Deinde, quod illorum compositione analogiae & genio Hebraismi repugnet §. 19. tertio, quod plurime radices metathesin patientur, nulla significacionis varietate §. 20. quarto, quod semina illa analogiam ac ordinem derivationis peruertant §. 21. Postremo notamus, Cel. Autorem ipsum hypotheses sue leges deferere §. 22.

§. I. Exi-

§. 1.

Xifimat Vir Cel. vera Hebræorum primitiua semper esse monofyllabica, seu binas tantum habentia litteras: eaque, vt iam tum in se significatiua, certaque alicuius significationis notas perpetuas, sic in reliquis etiam vocibus, quorum essentiam ingrediantur, significandi principium esse putat. Hæc primitiua (vt suum Radicibus nomen maneat) *Characteres significationis*, itemque *Semina* vocum, appellat.

§. 2. Iuuat autem hac de re theoriam Ipsius, quam in *Genesi Lingua S.* (a) exhibuit, in compendio constringam referre. Primo enim ait, hæc primitiua (sive sum spectes) varias per se partes orationis constitutæ, sine tertia vilius litteræ accessu; iam *Particulas*, vt נָנָא, נָנָא ad, בְּלֹן non; iam *Nomina*, vt רְגֵל peregrinus; iam *Verba*, quo refert in primis omnia, qua vulgo *Quiescentia* *Ain-Vau & Ain-Iod* dicuntur, vt וְ angestare, luxuriari, נַבְּרֵה venire. Deinde vero ab his *Seminibus* format radices bifyllabas, quadruplici quidem ratione I. ex GEMINATI-
NE vel alterius characteristicarum, vt גָּרָרָם, דָּמָרָם, vel utriusque, vt נַנְנָתָן, דַּמְנָתָן: II. ex AVGMENTO tertiae alicuius litteræ seruulis, eiusque vel præformatiæ, vel insertæ, vel afformatiæ; vt מְסֻחָה, מְסֻחָה, מְסֻחָה a charactere סָה: ita quidem, ut medio inserta sint ex *quiescentibus*; præformatiæ vero & afformatiæ non nisi ex *Heemanticis*, præter i & i, quas negat in Verbalibus Radicibus vñquam afformari. III. EX COMPOSITIONE characteristicarum cum characteristicis aliis, hac lege, vt si *initiales litteræ* characterum conue-

conueniant, prima vltimi absorbeatur, e.g. קְרַח oppri-
mendo contundere, ex קָרֵחַ impetus & קְרַח concusionis nota;
בְּרַח multum euēctus fuit, ex קָרֵחַ prouectionis & בְּרַח mul-
titudinis nota: fin finales conspirent, vltima primi ex-
cludatur, e.g. תְּרַכֶּס discerpst, ex טָרַח paruitatum & תְּרַכֶּס
discerpendi nota: communissime vero contraēcio fiat,
si littera finalis primi, initialis vero secundi eādem sint,
vt קְרַח violenter auferre, ex קָרֵחַ feruoris & קָרֵחַ a motio-
nis nota. IV. EX MIXTIONE integrorum characterum,
vt רְטַבֵּשׁ humectatus est, ex רְטַבֵּשׁ fluoris & שְׁבָד abundantie
luxuriantis nota. Quo refert Nomina, in quibus vel
geminatio & auctio combinatur, vt אֲרֹמָם, ex אֲרֹם
& אָמָן; vel geminatio & compositio, vt פְּתַלְתּוֹל, ex פְּתַלְתּוֹל
anfractuum & הַלְּ leuationis in altum nota, vltimo char-
actere simul geminato.

§. 3. Hinc deducit, i. Radices, ab uno eodemque
charactere descendentes, pro vario aliarum literarum
ad characteristicas accessu, aliter atque aliter saltē
modificari ac determinari. (b) 2. Radices ab uno eo-
demque charactere formatas, significatione conueni-
re, saltē in conceptu aliquo communi & generalio-
ri. (c) 3. Litteras in compositione, ex charactere alio
desumptas, significationem inferre characteris illius, cu-
jus sunt. (d) Atque hoc pacto statuit significatum vo-
cis formalem indagari posse, spectando videlicet non
solum eius usum perpetuum, sed etiam sursum ad-
scendendo, verumque inquirendo primituum, vnde
vox prouenit; expendendo item ad latera quasi stantes
radices cognatas omnes, additis vltimo loco deriuatis in-
ferne propullulantibus, quibus omnibus conceptum
debitē aptum, pro formalī demum significatione haben-
dum esse contendit. (e)

§. 4.

(b) Genef.
p. 9.

(c) ibidem.

(d) Genef.
p. 46.(e) Genef.
p. 65.

§. 4. Iam quæ dubia esse videntur in hac hypothesi, ordine expositum sumus. Primo enim, quod ait Cel. Vir, Verba Quiescentia *An-Vau & An-Iod*, Nomina etiam eiusdem anomaliæ, reuera binis tantum constare litteris, non caret scrupulo. Quippe vniuersa flexionis grammaticæ analogiamonstrat, Prateritum Kal (quod pro radice in his quoque Verbis poni Vir Cel. iuber) ex accidenti, nequaquam vero ratione originis sua, biliterum esse, media quippe eius radicali quiescente. Vnde enim est, vt a ק in Piel forme-
 킴ם, קים vero שׁוֹעַ, & a צ in Hithpael הַצְטֵר ?
 vnde est, vt רָוחַ (quod procul dubio est trilitterum).
 Hiphil הריח non aliter flectatur, quam קָהִים a ק ?
 vnde est, vt in ipso Praterito Kal dicatur בָּאוּ & בָּאוּ,
 item בָּשְׁפָדְאֵתָא אַזְרוּ illuxerunt, כָּבוֹן boni sunt?
 vnde, inquam, sunt ista, nisi quod media horum Ver-
 borum modo implicite, modo explicite, ex natura sua
 (merus enim est spiritus) quiescat? Denique vnde sunt
 וְ וְ, quibus in tota paradigmatis flexione nihil fre-
 quentius est? Nimirum Cel. Vir eas non habet pro ra-
 dicalibus, sed fulcris punctorum, quibus abeuntibus
 & ipsa cadant. (f) Sed hoc quidem frustra videtur af-
 seri. Constat enim, accidente licet syllabico augmen-
 to, vocales tamen non cadere, quia (vt Grammatici
 loquuntur) impuræ sunt. Ita a קָוִם , קָוִם , קָוִם ,
 formantur feminina הַקְמִתָּה , הַקְמִתָּה : quæ, nisi
 obstareret prædicta ratio, formari debebant הַקְמִתָּה ,
 נְקֻמָּה , sicut פְּרִירָה , תְּפִירָה , הַקְמִתָּה . Quod ve-
 ro in Hopbal cadunt, speciale est, nec euphoniae legibus
 contrarium. media quippe excidit, ac vel in prima radice
 compensatur per Dagesch forte, vt קָוִם pro קָוִם .

B

2 Sam.

*Nisi forte alias et (est si
 est) cognitios chavacenes
 יְ וְ וְ, vel וְ וְ per
 spenleghin et supponit.*

(f) *Genes. L.
 S.p. 125.*

מְלִיכָּת sicut a **לוֹן** in Hiphil interdum est. 2 Sam. 23, 1. **וְגַסְבֵּב** pro **וְגַסְבֵּב**; **מְרוּנוֹם** pro **מְרוּנוֹם**; **הַבּוֹא** pro **הַבּוֹא**; **וְגַסְבֵּב** in præformatiua syllaba per Schurek, vt **הַבּוֹא** pro **הַבּוֹא** &c. Sed Par. 14.

(g) *Genit.* mobile, quia formam. *L. S. P. 48.* *Genit.* 14, 10. mutat. Cel. Vir (g) a cognata radice media Aleph repete) sed etiam qui scies commutatur, vt **בְּנֵי** & **surges** Hos. 10, 14. **וְנַ** pauper Prou. 10, 4. quod apud Arabes perpetuum est, nec potest in Hebraismo commodius, quam

Præterita Itas radices &c. tum in Grammaticis suis, ad *Concava media Vau* vel
cis, tum in Grammaticis suis, ad *Concava media Vau* vel
te constanter & sine dubio referre. Vnde adparet,
Quiescentia Ain-Vau vel *Iod*, et si in Præterito Kal vi-
deantur bilittera, tamen non magis esse bilitteræ ori-
ginis, quam geminata בּוּ, בּוּ &c. quæ vtut binas
solum litteras tum in scriptione, tum in pronunciatio-

(h) *Genes.* ne referant, tamen a Viro Cel. ipso (h) negantur eſ-
L. S. p. 41. ſe bilittera; ac recte quidem, quia altera geminata-
& *Exod. L.* rum latet, accedente demum augmento finali per Da-
S. p. 3. gesch forte ſe exferens, vt **בָּשָׂר**.

§. 5. Cadunt ergo, quæ in vsu esse putauit Vir.
Cel. *bilittera primitiva Verbalia*: qualia tamen, si noua
eius hypothesis obtineret, oporteret quam maxime
exsistere, quia Verba vti plurimum apud Hebræos voca-
bularum primitiva sunt. Cadunt vero & *Nominalia*
eius-

eiudem sortis, sicut modo probauimus, & probatur nunc porro sumus. Nulla enim præcipit ratio, vt **רֵגֶל peregrinus** (quod exempli cauſa allegatur) sit istiusmodi primituum, quod characteris nomine veniat, cum id ipsum a Verbo **וַיְהִי** formari non modo possit, sed debeat quoque, & hucusque confuerit. Saltem derivandi legibus nomina, **אָדוֹן** vel **הַבָּתָם** designantia, pleraque a Verbis formantur; & recte, quidem, quia Verba simplicem habent actionis ideam, Nomina vero & **אֲכֹרֶת** & **אֲכֹנִיס** simul: sicut apud Latinos **peregrinator** est a **peregrinari**, **actor** ab **ago**. Sed ponamus, **רֵגֶל** esse primituum, quod tamen verisimile non est; at trilitterum nihilominus est, media rursus latente. Hoc vero vel inde pater, quod haec nomina vocalem suam in Plurali conſtructo nunquam abiiciunt, vt **מְרֻגְּלָה**, **עַדְלָה**, **סְחִירָה**: cum procul dubio vocalis caſura eſſet, niſi propter implicite quiescentem impura eſſet, & **רֵגֶל** scriberetur pro **אַיְלָה** ex **זְרָה**, **מִתְהָה** ex **מִתְהָה** &c. ſicut & deriuata quædam Verborum media quiescentis, eam ob cauſam, modo cum **Iod**, modo ſine eo ſcribuntur, vt **חַלְלָה** & **חַרְבָּה** **אַנְטְּמָרָה**, **חַקְקָה** & **חַקְקָה** **סְרִינָה** &c.

§. 6. Sed & de Particulis **אַל ne**, **אַל בְּנָה**, **אַל ad**, **אַל non**, quæ Vir Cel. tanquam bilittera ſemina adducit, merito dubitatur, fintne ea bilittera originaliter? Certe prohibitiuum **אַל** (quod & ſubſtantiuſe **Nibilum** significat Iob 24, 25.) non magis dici bilitterum meretur, quam p. 7. §. 11. **אַב**, **אַם**, **אַל** &c. quæ Vir Cel. in **Exodo** ſuo (i) pro p. 75. §. 12. compendioſe ſcriptis haber, ac a trilitteris **אַבְבָּה**, **אַלְלָה**, **אַמְמָה** p. 270. §. 4. ipſe format. Pari enim ratione **אַלְלָה** pro **אַלְלָה** ſcribi, adparet ex Nomine **אַלְיָהָה** **nihil**: vnde ſicut,

§. 7. Deinde vbi *deriuata Seminum*, ex sua hypothesis, persequitur Vir. Cel., negat & in formandis Verbalibus radicibus ultimo loco vñquam stare sole-re. (k) Sed hac exceptione non videbatur opus esse: quia (si dicendum, quod res est) *tertia* in verborum *quiescens* vbiaque a vel originaliter profecta esse videtur. Ut taceamus *tertiae* in *quiescentis* cum his literis permutationem, qua rum in Verbis (vt יְרַנֵּן a רָמָה a רָמָוֹנִי, רָמָץ) tum in formatis inde Nominibus (vt שׁוֹחֵד בְּכִי שְׁחַת a בְּכָה) nihil frequentius est; loquitur hoc idem Arabismus & Aethiopismus, vbi *quiescentia* Hebræorum *tertia* *He* perpetuo verbis *vltima* vel harmonica sunt: quod secus est in Hebræorum *Maprikatis*, quippe quæ siuum in apud Arabes quoque feruant. Hinc in Hebraismo etiamnum reperitur non modo שְׁלָמָה, vnde est שְׁלָמָה, שְׁילָח &c. sed etiam שְׁלָוָה *tranquillus fuit*, vnde formatur שְׁלָוָה *Iob. 3, 25.* שְׁלָוָה *c. 16, 12.* שְׁלָמָה *Ps. 122, 7.* quo pertinet etiam בְּשָׁתָנוּ Gen.

(k) *Genes.*
L. S., p. 4.

Gen. 21,16. Et mirum foret, si Hebræorum vniuersæ radices, quæ tertiam π siue *Mappikatam* habent, siue *Quiescentem*, vnius eiusdemque originis essent, tantum tamen tum in scriptione ac pronunciatione, tum in flexione discrimen intercedere, quantum vix maius concipi possit. Hæc vero ideo monuimus, vt exemplo inde discatur, esse quasdam in Hebraismo a prima origine sua declinationes, quas euphonias & diuturnus usus inuexit, manente eadem vocis, ex præsca immutatae, notione: quod neque cum Seminum doctrina, neque cum hieroglyphico litterarum valore, de quo posthac, bene conuenit.

§. 8. Cum vero mirum omnino sit *derivationis systema*, quod Vir Cel. ex suis (vt vocat) *Seminibus* construxit, mirum videri non potest, si lector rationes exquirat, cur trium litterarum radices pro primitiis non sint habendæ, sed pro deriuatis, potius primitiis simplicioris monosyllabici? Affert quidem hanc in rem Vir Cel. aliquot argumenta; (1) quæ vero, utrum ⁽¹⁾ *Genes.* probent, quod debent, paucis dispiciamus. Primum p. 117. seqq. eius pro bilitteris primitiis argumentum est ab auctoritatibus ac testimoniiis Thome Angli, Forsteri, anonymi cuiusdam, Siernbelmi item, ac Richardi Simonis, quorum hic lib. I. Hisl. Crit. c. 15. suspicatus est, in Hebraismo admodum probabiliter ab initio plura, quam nunc, monosyllaba existisse; principio dictum fuisse חָר vnum, nunc dici חָר, גָּר antiquius esse, quam גָּר, quod hodie usurpatur. ille cum Viro Cel. in eodem laborasse dicitur studio. Iste radices trilitteras pro deriuatiis habuit, in quibus duas tantum litteras putauit radicales esse, vel potissimum certe respiciendas, accersitis in auxilium

hypotheseos suæ formis בְּ & בָּבָּר. Forsterus vero in Dictionario suo ait, Litteras אַ, בַּ, בָּ וְ הַ aliquando ita serviles esse, ut tamen constituant substantiam dictionis, e. g. sub בְּרַחְ בְּ quod formaquit ex בְּ & בְּרַחְ. Primus denique, originaria lingua naturam esse dixit, ut brevissima sit, & quod ad primitivas voces, ex sola monosyllabis bisyllaba vero Adam, Habel, Schamain deduxit a Dam, Bel (quasi essent cum articulo הַ) & Maj.

§. 9. Verum huic argumento responderi potest, (1) Esse in auctoritatibus istis partim manifesto erronea, partim ita depravata, vt, quamvis in primario rei momento cum noua hypothesi conspirare videantur, tamen, quod incertis vitiosisque superstructæ sint obseruationibus, (2) Rem ipsam solitaria non conficiant, quippe (3) eadem facilitate, qua adferuntur, contrariis auctoritatibus multo pluribus, quin & catholico pæne omnium Philologorum consensu elidende, nisi argumentis ab ipsa Hebraismi indole constabilitate fuerint. Huiusmodi vero num sint, quæ subiiciemus, agendum considereremus.

§. 10. Alterum enim argumentum dicit a summa primeæ lingue simplicitate, quam negat adesse in vulgo sic dictis radicibus bisyllabis. (m) Sed duo hic supponuntur, que tum demum, quod debent, probabunt, cum extra dubitationem ipsa fuerint posita: vnum, quasi Hebreæ lingua necessario primaeva sit; alterum, quasi primæ linguae simplicitas negetur, negatis primitivis monosyllabis. De priori videbimus Cap. II. §. 5. seqq. posterius vero nescimus, sine per se adeo euidentis, vt nulla indigeat declaratione. Simplex admodum est Syrorum, simplex quoque Aethiopum diale-

(m) Genes.
L. S. p. 121.

dialectus: neutra tamen trilitteras aspernatur radices, imo *semina*, cuiusmodi Hebraismus habere putatur, vtraque ignorat, aut mutilata faltem, transposita, refecta, variisque immutata modis habet. Esto Hebreum seu (vt vocant) primaeuam linguam simplicitatis laude florere, quod haudquaque negamus. Breuis est enim, ac plura fere suggesterit menti legentis vel audi-entis, quam dicere videtur; est vniuersitatis, sine fuso ac artificio, qua alias quidem linguas amplias reddunt ac copiosas; & quod maxime huius loci est, a separatarum vocum compositionibus, nisi in Nominiis propriis, pene tota abhorret. Sed vix vlla concipi potest ratio, qua euincat istam Hebraismi simplicitatem cum trilitteris radicibus haud posse confistere.

§. II. Instas quidem, dari simplicius quid hisce radicibus, vocem monofyllabicam sive bilitteram? Respondemus, eadem ratione effectum iri, vt ipsis quoque bilitteris seminibus cum primigeniae linguae simplicitate haud bene conueniat: dari enim simplicius quid poterat, vocem puta vnius litteræ, e. g. suffixa η *tuus*, η *mens*, η *suis* &c. item affomatia, η *tu*, η *femininum* &c. Dicis, Posse id suo modo concedi, & videri illud ipsum, ad quod vterius adscendat Vir Cel. cum non in seminibus tantum subsistit, sed singulis quoque litteris, vnde semina conflantur, suum assignat valorem hieroglyphicum? Verum de hieroglyphica litterarum ratione dicemus posthac, c. II. Illud vero in praesenti cogitandum relinquimus, fitne hæc *summa simplicitas* suo iure dicenda, qua Hebreorum non modo plurimæ voces saepe bis, ter, quaterue **ex suis combinatae** seminibus, sed & ipsa semina ex hierogly-

roglyphicis signis denuo composita esse statuuntur? Ita
 (n) *Exod.* L. Vir Celeb. (n) vocem אַבְשָׁרִים composiram esse di-
 S. p. 15. cit ex אַבְשָׁרִים cuiuscunque, בְּתַ כorpulentie re-
 curue, & חֲצֵן arcuate combinationis characteribus; &
 hos ipsos denuo miris ambagibus hieroglyphice ex literis
 combinare opus habet: nec tamen audet, post
 etymologiam tam operose quæsitam, determinare, cu-
 ius speciei, figuræ atque qualitatis fructus indigetur;
 cum pronum sit ex Arabisino, melonem s. peponem esse,
 coll. Num. II, 5, vbi אַבְשָׁרִים vtraque Verio Arabica
 harmonico vocabulo בְּתַ melonum conuerit. Quis
 vero hic simplicitatem miretur, vbi summa est in com-
 ponendo affectatio? Evidem existimauerimus, sicut
 simplicium natura fert, ut diuidi nequeant, sic e con-
 trario linguae simplicitatem quam maxime defrui
 multiplicatis huiusmodi ac longe quæsitis compositioni-
 bus. Quis vnquam simplex dixit, quod pluribus
 quidem partibus constat? Verendum est enim, ne sibi
 illudi videretur, si cui quid simplex esse hoc modo ex-
 poneretur. Et facile fuerit, hoc pacto Græcæ linguæ,
 quæ compositionibus maxime abundat, simplicitatis
 laudem arrogare.

§. 12. Tertium Cel. Viri argumentum est aderuan-
 (o) *Genes.* L. di tegibus. (o) Cum enim plures apud Hebræos exsi-
 stant voces monosyllabicæ, parum ei probabile est, eas
 a bisyllabis, abiecta altera syllaba, formatas esse; maxi-
 me cum reliquæ vocum deruationes omnes in He-
 braismo, non ablatione, sed additione fiant. Verum
 primo nimis liberaliter supponit, plurimas Hebræo-
 rum voces bilitteras esse, quæ tamen reuera trilitteræ
 sunt. Allegat enim (p) tanquam bilitterarum vocum
 p. 2. exempla.

exempla גָּגָג, דָּדָד, שָׁשָׁשׁ, הַהַהַ; in quibus vero penitus inspectis, litteræ per se non geminari, uti Celerer. Vir opinatur, sed triplicari comperiuntur, compendiosa quidem scriptione pro גָּגָג, דָּדָד, שָׁשָׁשׁ, הַהַהַ, quæ tamen, accidente syllabico augmento, conspicua sit, cum posterior compendiosæ scriptioris littera per Dagesch geminatur, vt גְּגָג pro גָּגָג, tectum eius, דְּדָד mamma, שְׁשָׁשׁ bami, הְהַהַהַ sex, תְּהַהַהַ dare eum. Et mirum est, Virum Cel. hoc non atten-
disse, cum tamen ipse (q) rectissime præcipiat, Nomina^{(q) Genes.}

hæcque Dagesch forte in ultima latens habere dicuntur^{p. 41.}

v.g. גָּלָל & similia, geminatorum reuera esse compen-
dia, & idem valere, ac si scripta essent לָלָל, מָמָמָמָ, adeoque
non tam Nomina imperfecta, quam imperfecte vel com-
pendiose scripta dici debere, Dagesch forti, licet in fine
ordinarie non exprimatur, æque tamen subintellecto,
ac Schua finale mutum, non exprimitur. Quod Ver-
ba ac deriuata mediae implice quiescentis, perperam
pro bilitteris habeat, supra §. 4. & 5. ostendimus. Quo
pertinet cum multis aliis, tum Nominibus, tum Parti-
culis, vocabulum וְ, *paxillus & clementi* nomen, quod
ideo apud Rabbinos æque ac Arabes וְ scribitur cum
Aleph quiescente, nec vocalem suam (quippe impu-
ram) ante plurale suffixum graue abiicit, וְיִיְיִי.

§. 13. Deinde vero & hoc frustra supponitur, qua-
si deriuandi legibus parum conueniat, monosyllaba-
a bisyllabis formari, facta litterarum ablacione. Quam lu-
brica sit, saltem in vnius lingua ab alia deriuatione, ista
hac obseruatio, ostendit Vir summus, *Huetius* (r). Quid^(r) Demon-
strat. Euani-
enim? Gallicæ voces *temps*, *corps*, *ail*, *sens*, *cruel*, *gel*. Proposi-
non videntur a Latinis *tempus*, *corpus*, *oculus*, *sensus*, *IV. c. 13. §. 8.*

Huetius postea ex Lodi.
ntrale: nam v.g. *Rex*,
Pix cognoscatur origi-
narie scribenda *scie-*
Regs. Pies. quia geni-
ling. fabet Regis. Pieis.
Ita in Germaniano *luc-*
ros. Ciferentes. Arabi
Manna, fida, Phallus, etc.
Simplices syriaco, an ge-
monato ultima consona
litteras respecte ad ait.
Den voces eum augmen-
to fuerant v.g. Man-
na, fida, Phallus, etc.

*Inde p[ro]posito, Imperialis 97. 72 // primaria reperit, secund[us] Germanica. Cognitio Grammatici fore oraculare
solent. Primitiva non nullis litteris latitudinibus combineri, v.g. l[etra]s lib[er]as, l[etra]s p[ro]p[ri]as. Latina voc[em] Vir[um] Dic[ere]. Tunc t[em]p[or]e dicimus
primaria esse, abiecta, plura ferunt terminatio[n]es. Sed K. est agitur. P[er] Imperialis Primitiva reperit, h[ab]et
paratim et[iam] K[on]tra Vir[um] regularis non similes vel ap[er]tive. (18)*

*trudell's formatæ, quia breuiores? atqui hoc oppido
falsum. Pariter vero id potest contingere in una eadem
lingua, vt apud Latinos *Vin ex Visne?* *Sis ex Si-
vis*, & hoc ipsum pro *Volis ex Volo*, *Malo ex Magis vo-
lo* &c. Sed nec illud quidem certius asseritur, quas
reliquæ vocum deriuationes omnes in Hebraismo, non
ablatione, sed additione litterarum fiant. Quis dubi-
tet, quin monosyllabum יְהִי declinabit sit *תְּהִיה*, *תְּהִיה
dare* *תְּהִיה בַּר*, *כֹּה*? aut quis religioni sibi
ducatur, nomen *דֵּין scientia*, *לְרָחֶם*, *partus*, & similia, ea-
dem facilitate *וְרָא scivit* & *יָרַד peperit* deriuare, ac ab
iisdem radicibus Imperatiui *עַשְׂטָה scito*, *לְרָא pare*, perpetua
quadam analogia formantur? *בְּלִי reuelata*, *בְּלִי pro
percute*; putanturne difficultius a bisyllabis ra-
dicibus *מְרָחֶם* & *כְּכָה* deriuari, quam Latinorum *dico, duc,
fac, fer,* per apocopen *a dico, duco, facio, fero?* Ita *בְּלִי**

§. 15. *Quartum & (vt videtur) fortissimum argumentum* (s) *petit a Radicum cognationibus*, vt cum v. g. (s) *Genes. p.*

כֶּפֶן, כְּפָה, כְּפָה, tam in litteris, (tingula enim characteristicas quae habent) quam in significacione incurandi vel recurandi conuenienti deprehenduntur: id quod Viro Cel. nequaquam casu, sed ex certa quadam Hebreæ lingua analogia existere videtur. Sed considerandum hic est omnino, *Cognitionem* huiusmodi eidem vix villam reperiri, nisi I. IN VERBIS IMPERFECTIS, quæ vel vnam ex quiescentibus, vel posteriores similes, vel denique Nun habent: & ita quidem, ut significatio aut manifesto eadem esse deprehendatur, e.g. in רַבֵּה & יְחִידָה Unitatis, וְעַתָּה amictus, בְּזָה & בְּזָה contemps, אֲחָתָה & אֲחָתָה aduentus, לֹט & לֹט inuolventi, צָרָר & יִצְרָר formationis, רְחָם & נְרָחָם impulsione, יְאַחַת & נְמַלֵּךְ circumcisionis, קְבֻבָּק & קְבֻבָּק maledictionis, וְאַפְתָּח tumultus, וְאַפְתָּח & וְאַפְתָּח amanitatis s. decori, וְהָמָם & וְהָמָם deuastationis radicibus; aut euidenter saltem cognata, e. g. in עַזְעֵרִי & יוֹסֵד fudor (a vehementiori motu existens;) בְּלָה reterascere & נְבָל marcescere, wenn die Blätter alt werden; dolere, וְלֹהֵה agrum esse vel animo vel corpore, & impense expectare, coll. Prou. 13, 12; נְכַח coram & coram demonstrare; וְעַש opem implorare & וְעַש opem ferre &c. quæ est nota Philologorum obseruatio, cum dicunt, Verba imperfecta sepius permuntant formas suas, item Imperfecta, litteris cognata, cognatam sepe significationem habent, II. IN RELIQUIS VERO VERBIS duplicimmo-

סכל & כבל radicalium, ut סכל & כבל scilicet (a) per metathesis radicalium, ut סכל & כבל stultescere, גור & גרו amputare; (b) per enallagen litterarum unius organi, ut עלה & עלה exsultare, רטט & רטט pauor, כובע & כובע galea; aut dentalium cum lingualibus, ut קוץ & קוץ fastidire, פחר & פחר interpretari &c. Iam igitur patet, quo pacto in radicibus illis, כבף, ככף, כפף, כפֶן, אכף, אכֶן, infit quædam significationis cognatio. Quæ si Cel. Viri sententiae faueret, deberet non modo in his, sed ceteris quoque radicibus, characterem eis habentibus, v.g. in כבל duplicauit, ט abs, כפר oblisterauit vel expianit &c. eadem facilitate & evidencia existere. Sed hoc ipsum est, quod nec in imperfectis Radicibus constanter, nec in perfectis pene unquam, nisi valde per accidens, deprehendere licet.

§. 16. Sumamus e.g. characteristicas אל, quarum deriuata Cel. Vir in hunc modum digessit (t): אל & אֵלָה Deus, אל ad, אל ne, אל illi, אַל robur, אַל nibil fuit, אַל fortis fuit, אַל aries, אַלה diris denouit, אַלה cauda, יְאַל volut, אלם mutus fuit, אלם por- ticus vel verum enim vero, fornices &c. Quibus quæstio! ambagibus, quot philosophematis, quot speculationibus existimas opus esse, si vniuersa ista vocabula componere inuicem, ac ad mutuam quædam in significando cognitionem reducere tentaueris? Experire vires tuas, omnesque sagacitatis & ingenii nervos intende: accipe insuper (ne quærendo nimis fatigari molestum sit) datam iam a Cel. Viro characteris נ explanationem, secundum quam notat tenden- tiam quamcunque ad quodcunque: sed ne sic quidem forte proficies, ac subuerendum est pene, ne cum lobo nobis

Sicut apud Gracos τάσσει εἰ τοις οὐρανοῖς νόμοι εἰσιν εἰ μάλισται.

F Vide In. 14. cap. 10.
modum scilicet נ. וְיִתְהַלֵּל
nilas in (t) Genet.
misericordia in hostem
digeffit.

bis occinas illud (u) זְרוּשָׁה וְרֹועַת לְאֵלָה כִּי חֹשֶׁעָה מ. (u) Job. 26.
Inde vero experimentum capias, siue recens hypo-
thesis adeo euidentis, vt, quod Ve i. Auctori ipsius pla-
cet, (x) perpetua eius analogia suo se lumine viden- (x) Genes. L.
dam sifat? S.p. 121. §. 12.

§. 17. Pergit Cel. Vir, dum quartum hoc pro sua
hypothesi argumentum persequutus est, hanc simili
adjuicere inter characteristicas & accessorias litteras dif-
ferentiam, vt, si qua radicalium extrudenda sit, alia
nulla extrudatur, nisi terria accessoria; si geminan-
dae quadam, nullae geminentur aliae, quam chara-
cteristicae (y). Verum his quoque obseruationibus (y) ibid. p.
obstare videntur exempla nonnulla; priori quidem, 122. §. 18. ¶
בְּנֵי אַבְנֵי בְּנֵי venimus 1Sam. 25. 8. II. prius illud 123. §. 19.
ab c. 28. 24. לְלִתְהָ ad parientum pro לִלְתָה c. 4. 19. Porro, וְנִזְבְּנָה וְנִזְבְּנָה
סְוִתָּה tegumentum eius pro כְּסֻרוֹתָה Gen. 49. II. הַכְּבָא 26. Ps. 139. 20. idem
let ab אַבְנָה Pro. 1. 10. &c. in quibus tamen procul du-
bio characteres sunt, בָּא, אַבְנָה, בָּאָבָּה; posteriori
vero, שְׁלָמָן & שְׁלָמִינִי tumultuatio; quorum
hoc est a שְׁאָה, mediante nomine שְׁאָן, geminato
Nun beematico, illud vero a שְׁלָמִי, cuius character-
est שְׁלָמִי, & accessoria radicis ה, nominis vero Nun
geminatum.

§. 18. Sed vt ad reliqua contendamus, magnum
fane præiudicium contra bilittera Hebraeorum semina
est, quod nulla compteriantur in vsu esse. Al-
legauit quidem Cel. Vir complura, sed quæ partim
trilittera esse, partim a trilitteris descendere, §. 4. 5. 6.
12. 13. demonstrauimus. Quis vero persuaderit sibi,
Hebraeam linguam ita originis suæ fuisse immemorem,
vt primitiva sua abrogauerit penitus, nullibi imposte-

Nam erg. & q̄ ḡ ab q̄m,
q̄ ab q̄m, q̄ ab q̄m,
q̄ ab q̄m, q̄ ab q̄m
vel q̄m de-to quod acc.,
deinde aliquo syllabico aug.
menta facile patet.

rum, nisi in compositis, conseruanda? Quod si qua exsisterent etiam, (quod vero nondum omnino euident ac citra dubitationis aleam est) per pauca sane fōrent, nec alia forte, nisi voces, in quibus aliqua quiescentium, vel ab initio vel in fine exspirauit, cuiusmodi sunt **ע** scientia, **ב** non: quae vero debiti primitiiorum numeri vix minimam explebunt particulam. Vnde si vel maxime ista pro primitiuis admittemus, nihil tamen inde efficeretur, nisi quod pauca admodum apud Hebreos bilittera primitiua sint: nam, quod omnia, (vti Cel. Vir subsumere videtur,) tam parum inde consequitur, quam si quis concluderet, nulla apud Latinos primitiua bisyllaba esse, quia quadam sint monosyllaba, v. g. as, ad, ars, at, bis, clam, cor, cras, & similia: falsam enim esse conclusionem, constat ex contrariis exemplis eger, equus, estus, ager, ago, amo, castus &c.

§. 19. Quod vero Hebræorum pleræque saltem radices triliteræ primitiæ potius, quam deriuatae sint, vel inde cognoscitur, quod compositio earum, qualis a Viro Cel. tradita est, genio Hebraismi penitus repugnet. Nam vt taceam, Hebraïnum a compositionibus appellatiuis separatarum vocum pæne abhorrente; saltem genus eius, quantum ex perpetua quadam analogia colligere licet, fert, vt si qua ceciderit littera, sequens littera geminetur per Dagesch forte, vt שׁ pro אַנְגָּשׁ accedam: idque adeo obtinet, vt nec in appellatiuorum, nec in propriorum nominum compositionibus negligatur, vt pro בְּלִיעֵל, רְבָעֵל, בְּלִיעֵב, יְרָבֵעֵב &c. Sed nihil huiusmodi in *compositis* (quas Vir Cel. vocat) radicibus reperire licet: immo sem-

semper scribitur legiturque מִתְמַבֵּס oppressit, רָקֶן iusitus fuit, nunquam vero hoc, יְזֹם, prout requireretur, si essent ex מְסֻבָּה & רָקֶן.

§. 20. Difficultas quoque non parua *Seminibus* concitatatur ex frequenti Chara^cterum metathesi, in Noninibus aequi ac Verbis. Præcipiunt enim nouæ hypotheseos leges, characteristicarum transpositione inuerti significatum; item singula primitiva significaciones formales babere diuersas. (z) Si characteristicarum, multo magis igitur tum characteristicarum, tum integrorum characterum metathesi, significatus inuertendus est. Sed quomodo hæc conueniunt cum exemplis, vbi post metathesin significatus idem omnino superstes? e.g. גָּרָז & גָּרָז ampulare, quorum illud (si nouam sequi hypothesin luet) ex נָזָר, hoc vero ex גָּרָז & נָזָר concrevit. Item שְׁלָמָה & שְׁלָמָה vestis, illud ex שׁ & מה, hoc ex שְׁמָה & כְּבָשׂ; כְּשָׁבָח & כְּשָׁבָח, illud ex כְּבָשׂ & כְּשָׁבָח vel כְּבָשׂ & כְּשָׁבָח; כְּבָשׂ & כְּבָשׂ, hoc ex כְּבָשׂ & כְּבָשׂ vel כְּבָשׂ & כְּבָשׂ; כְּסִיל & סְכִיל fultus, illud ex כְּסִיל & סְכִיל, hoc vero ex סְכִיל & כְּסִיל. Cum enim res eadem iisdem radicalibus, transposito tantum ordine, significari deprehendatur; metathesis quidem in huiusmodi vocibus haud aliter eueniisse putabatur, nisi ex accidenti & crebro usu, sicut apud Germanos Topff & Pot/ aut apud Græcos ναρδία & ναρδία cor, νέρτος & νέρτος robur &c. Saltem Hebræos ab huiusmodi accidentalni metathesi non abhorrente, eidens fit ex perpetua fere priuæ sibillantis cum characteristico in Hithpael transpositione, e. g. הַשְׁתֵּמֶר pro השְׁתֵּמֶר. Docent hoc etiam Nomina propria, vt cum illud יְעַבֵּד i Par. 4, 9, ab imponente declaratur כְּבָרָתִי בעצם, idemque כְּבָרָתִי.

(z) Genes. L.
S. p. 38. §. 23.
Genes. L. S.
p. 26. §. 14.

qui alias חָוָשָׁה i Par. 4, 4. II. item חָרָם Neh. 12, 15. qui
חָרָם ibid. v. 3. &c.

§. 21. Tum vero hypothesis ista rationem ac ordinem Derivationis plane pervertere videtur. Nam ex euphonica vocum formatione facit originariam, significatiuam & emphaticam. Quis poterat, obsecro! dubitare, quin formari debeat a בְּנֵה אֲדִיכָּאַנְתִּי, ut sit pro בְּנֵן, ad formam בְּבֶשֶׁן a כְּבֶשׂ a tertia et facilioris pronunciationis causa in יְ mutata? aut quis גָּלוּתָא capiuitas aliunde deriuaret, quam a גָּלָה, tertia et ante afformatum וְ denio elisa, ut in Verbali forma גָּלָה migrarunt pro גָּלָה? Nihilominus tamen Celeb.

(a) Exod. L. Vir בְּנֵי. (a) velut compositum format ex כְּנָה & ex S. p. 181. tensionis ab una parte in aliam propagata signo; גָּלָה;

(b) Ib. p. 276. vero (b) a radice גָּלָה, & hanc (sicut nullibz extare ipsam fateatur) a suis demum seminibus גָּלָה & גָּלָה. Hoc pacto autem tot extituaræ essent nouæ radices, quot Verborum ac Nominum in flexione differentiae: quod tam incommodum foret ac perplexum, quam quod maxime,

§. 22. Antequam vero tractationem hanc de Seminibus concludamus, tacendum non est, quod Vir Cel. ipse alicubi hypotheses sua leges deseruisse videatur. Nam in Dissertatione epistolari ad Dn. de Leibnitz, quæ recentissimæ est ætatis, trilitteras radices a suis quidem seminibus deriuat, sed non aliter, nisi per geminationem alterius characteristicarum, vel accessionem tertiae alicuius litteræ, vel mixtionem integrorum characterum: compositiones characteristica cum aliis, quales in Genesi (c) requisiuerat, plane neglexit, dum v.g. simpliciter format ex שְׁנִי & חָזֶה, שְׁפֵט

(c) p. 5. 6.

שׁ ex ט & שׁ, רְשָׁה ex רְשׁ & ט; quæ vero ad pri-
scam ipsius hypothesin habenda fuissent pro compo-
sit is, שׁ ex ט & שׁ, vel ט & שׁ, vel denique ט
& שׁ; ט ex שׁ & ט, vel ט & ט; רְשָׁה vero ex
ט & שׁ, vel רְשׁ & שׁ. Quin & indidem obseruauim-
us, Cel. Virum trilitteras voces, neglectis plane
seminibus, immediate a suis formasse pariter ac ex-
posuisse radicalibus, ut כְּפֹרְלָה, quod (ז) turnando rem
(ב) in anfractum vel angulum, & anguli huius latera
(ה) ad se inuicem aduersando duplicatum exponit &c.
Vtrum in his hypothesin suam ex parte vel retracta-
verit, vel emendauerit, nostrum non est deter-
minare,

CAPVT II.

De

LITTERARVM HEBRAICARVM HIE-
ROGLYPHICA SIGNIFICATIONE.

SVMMARIA.

Hieroglyphicæ litterarum Hebræ significationis idea generalis da-
tur ex Cel. Auctoris Exodo §. 1. specialior ex Breuiario Eius-
dem §. 2. Ex promissio multiplici eius usu, instituti nostri occasio
nobis nascitur §. 3. Fundamenta noſe opinionis ex Cel. Auctoris
Genesi explicantur §. 4. Eadem vero in consequentibus expendan-
tur: ac primo quidem ostenditur, Hebream linguam verisimilius
primigenit filiam esse, quam ipsam primigeniam, uti Auctor
supponit §. 5. adductis aliquot argumentis §. 6. 7. 8. 9. 10. unde sab-
sunt contra valorem litterarum hieroglyphicum §. 11. Deinde
specialius fundamentum Ven. Auctoris, quasi scribendi habitus
Adamo sit concreatus, subruitur §. 12. vnde noua hypothesis §.
13. Probatur primigenium cum arbitrii idea ne pugnare quidem.

D

vii

vi. Cel. Auctor sibi persuasit §. 14. Ostenditur item, hieroglyphicum litterarum valorem neque ab ipsis nominibus §. 15. neque Figuris §. 16. neque Sono §. 17. 18. neque Numero firmiter derivatis posse §. 19. Pronovat quidem inde ingeniosus Auctor ad analogiam seu exemplorum inductionem; sed monstratur, analogiam non esse, quidquid sub qualecunque conuenientia iugum cogere nouit ingenium §. 20. Alioquin fecerunt, in aliis quoque linguis esse quid hieroglyphici, quippe qua nouam hypothesin hanc difficilius, quam primigenitam, admittunt §. 21. Exemplo preter ex nostra veracula §. 22. Incommoda nouae opinionis sunt, (a) quasi, ubi consonantes eadem, diverso quantitate ordine, idem quoque significatus sit §. 23. Occupatur responsio §. 24. (b) quasi sub iisdem litteris necessariae eadem origo, idemque formata sit §. 25. (c) quod ex iisdem litteris quidvis aliud, quam debet, & subinde contrarius significatus hieroglyphicus erui possit §. 26. (d) premittit & cognatum radicum in significando identitatem §. 27. (e) & cognatarum contra distinctionem in appellando diversitas §. 28. (f) turbat præterea Hebraismi in significando analogiam ac stabilitatem §. 29. (g) Denique magnis scatet bizarribus; quod probatur ex litteris preformatius atque praefixis §. 30. item ex notis Hebraicarum diacriticis §. 31. ac figuris litterarum finalium §. 32. (h) Conclusionis loco meouetur scrupulus contrapromissam nouae opinionis validitatem, ostendendo, quod neq; ab ignorantia §. 33. neq; ab ambiguitate Philologorum aucti^{ssima} capitaliter §. 34. Laudibus tamen Cel. Viri nequidquam derogatum inuis. §. 35.

§. I.

Hactenus de Radicum ex Seminibus compositione. Sequitur, vt de Seminum seu Characterum, vnaque Radicum, & quarumlibet vocum, ex Litteris concretione dispiciamus. Noua enim prorsus Cel. Viri opinio est, quasi singulis consonantibus sua per se constet significatio, quæ suo modo sit. Hebrewca, & rerum hieroglyphica atque symbolica: quemadmodum Sina holica: inde Aegypti, prias Hebraicarum litterarum significationes mechanicae lingua est, quæm
Verum Sinenus scriptura non sonoribus est, ut
non sonoribus est, ut
Hebreica, & rerum hieroglyphica atque symbolica: quemadmodum Sina holica: inde Aegypti, prias Hebraicarum litterarum significationes mechanicae lingua est, quæm
Signarum) legitur, quia et a qualibet ipsius propria lingua sonori imperitiis potest legi ac intelligi, id est ut numerorum characteres Gordianum Germanice, gesti grecis legit ac percipiat. Sic vero, & in Hebrewca, utrū potest quippe sonos legere, sed non intelligere; sic volit intelligere, necessarium est, ut et Janas litterarum perire possint. Insuper characteres Sinici divisorum ascendere ad 10000. et supra.

cas esse nec nisi perpetuis tropologiis ad alia applicabiles.
Ac litteras quidem aspiratas N, y, m, s, w, w, statuit,
habere in genere significatum motus vel actitatis,
vario tamen intensionis gradu; r, r, n, z, u, motus si-
tusque redilinei; 3, v, c, p, motus situsque curuili-
nei; tensionis vel extensionis; □ augmenti; | propaga-
tionis; \ copulationis; 2 capelinis, corpulentia; □ an-
fractus: ita tamen ut littera vocum initialis actiue se
quasi habeat, finalis passiue, media vero utroque modo;
adeoque diuerlus ordo diuersum inferat significatum,
v.g. בְּ Motus intra rem, בְּ motus extra rem. Haec
ILLE in Praefatione Exodi L. S. quanquam & in Genesi
hanc in rem multa terigerit.

§. 2. Plenius vero hoc suum inuentum publico
dare Vir Cel. decreuit, eius theoriam ex instituto pa-
raturus; cuius Breuiarium, uno atque altero adjecto
specimine, præmisit in Difser. Epist. ad Illustrum Leibnitz-
um, eo tendens, vt N actitatem & motum omnem in de interpretatione
generi; □ trinam dimensionem, hoc est, materiam atque Asaphabothi Hebraic
spatiū, motus vel situs omnis subiectum; 3 flexum
& obliquitatem in generi; \ alio factam protrusionem at-
que promotionem; □ presentiam vel adessentiam demon-
strativa; \ Copulationem arque annexum; \ Protrusionem, num competitio in
nem vehementiorem & arcte stringentem; □ Societatem Ordinandum effi, n poti
ac combinationem omnem in genero; \ Retroactionem &
Recessum; \ Extensionem & Longitudinem; \ Versonationem, notaret ^{1707 multi}
curvitatem, concavitatem; \ Adversationem, additio- ^{1707 coll. 20}
nem, impulsum & pressuram quamcunque; \ Amplitudinem, ^{Gen. XII. 5. et 17. 20}
& exemplificationem, ita quidem ut Mem initiale & .15. quod vero cum
apertam ex amplitudinis illius complexu eximat, Mem illa littera n finit
finale & hanc in eam dederat &c. | Propagationem caue, quam fuerit
al hec statuit, parum con-
venit.

ab uno ad aliud; □ Cincturam & coarctationem; v Obiectitatem, obviationem, obversationem; □ Anfractum & angulum quemcunque; □ Contiguitatem & arctam successionem; p circuitum, ambitum; ḡ egressum, exterioritatem; w Numerum ternarium, gradumque tertium; id est, superlatuum & summum; n denique sequelam, continuationem, successionem, hieroglyphica quadam ratione significet.

(d) Loqui-
mur cum
Viro Cel.
in Differ.
Epist. p. 5.
(e) Ibid. in
Dedicat.ad
III. Leibni-
zium.

§. 3. Mira hæc mysteria (d) adeo extollit Vir Cel.
“vt ea sola putet satis esse ad tenebras atque ambigui-
tates Hebraisimi tandem aliquando dispellendas ac ter-
minandas: idemque spem facit, (e) fore, vt hac ad-
missa hypothesi, res Christianorum fructum conse-
“quantur altissimum, sanetur antiquissimæ ac tot præ-
rogatiuſ nobilitatæ linguae vertigo, suaque Codici S.
“conſter veritas; liberentur dubiis infinitis adſcribiſſi-
ma Philologorum capita, vnaque ſimul ultima anti-
quitatis Philosophia, atque de rebus naturalibus pri-
morum hominum opinio, rerum appellationibus in-
dita, ſic inſtauretur. Dignam profeſto opinionem,
quam & perpoliat Vir Cel. eo quo valet ingenio, &
litteratis omnibus (ſi tantos quidem pollicetur fructus)
persuadeat! Dignam vero non minus, cuius funda-
menta ſollicite & diligenter expendantur, ne luſus poe-
ticus aut figmentum cerebri potius, quam vera, cer-
ta, firmisque ſuperſtruēta rationibus doctrina temere
arripiatur. Huc igitur altera pars traſlationis noſtræ
contendet, in qua operam daturi ſumus, vt dubia,
quibus valor litterarum hieroglyphicus etiamnum vi-
detur esse implicitus, exponamus, cauſe decisionem
doctioribus ac maturioris iudicij Viris relinquentes.

§. 4. Di-

§. 4. Dispicientibus autem, vnde repeatat Vir Cel.
 hieroglyphicum valorem Alphabeti Hebraici? visus
 est nobis in *Genesi L. S.* (f) hanc quæstionem maxime (f)p.29,seqq.
 tetigisse. Ita enim fere ratiocinatur: Si Lingua He-“
 bræa est *primigenia*, habitus scribendi, aut concreatus“
 fuit Adamo, perinde vt habitus loquendi, habebunt“
 que litteræ *Deum ipsum auctorem*; aut ab *Adamo*, vel“
quocunque alio, modus scribendi fuit inuentus, habe-“
 buntque litteræ *bominem auctorem*. Quodcumque“
 supponas, inquit, litteræ Hebraeorum habebunt vel“
mere arbitrium significandi valorem, vel *naturalem*,“
 hoc est, vt litteræ in se ipsis etiam, quocunque tandem“
 modo, rerum sint symbola, insitasque habeant ra-“
 tiones quasdam, relationes vel similitudines, per quas“
 cum notione rerum conueniant. Si posterius assūm-“
 seris, (vt sc. valorem habeant *naturalem*) *symbolicam*“
 litterarum significatio cum primis, inquit, fundabitur“
 vel in *Litterarum Nominibus*, vel *Figura*, vel *Pronun- ciatione*, vel *Numero* tandem, ita vt litteræ alicuius ge-“
 minatio significationem augeat, exclusio vero dimi-“
 nuat. Iam vero fatetur quidem, se nihil certi habere,“
 vtrum ex his duobus asserendum sit. Attamen, qui“
 Hebream primigeniam esse credunt, negat admissio-“
 nes consequentiam ab aliis linguis (in quibus arbitraria“
 sint forte omnia) ad Hebream: eos vero, qui scri-“
 bendi habitum primo homini concreatum statuunt,“
 ægre concessuros ait, *Deum*, qui alia omnia non fi-“
 ne numero ordine, & mensura fecit, signa homini de-“
 disse tam vacua, tam nihil in se cum significato com-“
 mune habentia. Immo non patitur sibi persuaderi,“
 primum litterarum auctorem (sive *is Deus fuerit*, sive“

"homo) voluisse litteris bruta nec significantia quid-
"quam *Nomina* imponere: aut *Figuras litterarum ex-*
"co surrexisse casu; quas alicubi saltē pro significa-
"tiis agnoscere cogantur, quicunque litteras illas in
"texu V. Testamenti insolitas (e. g. v clausum Esa. 9,7.)
"cum *Ricb. Simone*, aliisque, pro vanis Maforetharum mi-
"nutis habere nolint. Et mirum quoque fore arbitra-
"tur, si significandi vicinitas, quam primitiuā, litteris
"Sorō cognatiſ constant, habent, casu tantummodo
"fieret. Ut vero pleraque ex his obscura adhuc &
"minus euidentia esse fateatur, saltem quod ad *Nume-*
"rum, seu repetitionem vel geminationem litterarum
"attinet, summa cum fiducia afferit, id importare,
"quod exponentum sumferit, Singula, age, nunc
"expandamus.

Fuerunt qui au liquidatione līm. §. 5. Primum ac summum Cel. Viri suppositum
que *Hebreæ* inde probat, *Hebreæ* īde primigenia. Sed nec hoc ad-
re literarū quod sicut. efft, quasi *Lingua Hebreæ* īst primigenia. Sed nec hoc ad-
les in eunis vagantur. eo certum esse videtur, vt hieroglyphico litterarum
valori firmum ac stabile fundamentum præbere possit.
Quanquam enim Iudæi pariter, ac Christiani plurimi,
Hebraicam soleant pro illa ipsa lingua habere, qua-
ntebatur Adamus; tamen hanc opinionem post alios
*etiam *Huetius* (g) non leuius argumentis impugna-*
*vit: ac nouissime *Io. Clericus* (h) e contrario admō-*
*dendum verisimile efficit, neque *Hebraicam*, neque *Chal-**

delestinam, IV. c. 13. daicam, neque *Arabicam*, aut ullam aliam Orientis linguam,
qui ex voto (h) In Pro- cam ipsam baberi posse, qua vsus sit Adamus: quippe que
Beccus, a legow. Com- tractu temporis & dispersione humani generis, in variis
pueris quoq. ad dialectos Orientis distracta fuerit, & memoratas linguas
adversariis Pentateuch. aliasque affines ex se genererit; sicut veterum Romano-
seris pri. *Dissert. I.* rum lingua neque ea est, qua viuntur Itali, neque Gallo-
manni auctora, arguuntur
balear, Paros, montalium Hieronymus Epist. 192. *Ebriacam hispanum*, qua *Vetus* rum
antiquissimas et. *Vid.* Teſtamentum *Scripturam* qd, esse inilium oris et canoru,
Hebreæ *Agypti* ill. ab initio. nisi dogmata, vnuersalia crederi antiquitas. Sed e contrario quod
Orientales sentiant, apud *Herbelotum* in *Biblioth. Orient.* p. 514-4.

Leibniz in Fellini. Opus Humanoversum p. 33. Hic larchum, inquit,
quod cum raro potest, an lingua Hebreorum cognoscit? & origi-
ni vicinior, quoniam exteror, et solidum verorum sentimentos.

(31)

rum sermo, neque Hispanorum, sed tres basce linguas pe-
perit, maximaque sui vestigia in illis reliquit.

§. 6. Ac sane haud temere hoc colligi videtur I.
ex Nominum proprietum antiquissimis etymologiis, qua-
rum multe in Hebraismo ne rudera quidem vel in Ra-
dicibus, vel in deriuatis cognatisque vocibus, habent:
vt sunt Noachi nepotes Lud, Arpachshad, Tiras, Cuscb,
Put; itemque pronepotes Dodanim, Gerber, Aschkenaz
&c. Quin & ipsum Iapheti nomen quam multo satius
& facilius ex vsu Radicis Chaldaico dilatandi, quam
Hebraico persuadendi, ducatur, coll. Gen. 9, 27. often-
dit iudiciosissimus Bochartus (i). אֶרְן Syria campe-
sis, nominis sui originem apud Arabes (אֶרְן campum
notat) superfitem habet. Hebraorum vero idem dialectus
vocatur Hos. 12, 13. Ita לָמֶךְ apud
Hebraeos nullam prorsus radicem habet, apud Ara-
bes vero, quorum לָמֶךְ est Iuuenis validus & robustus.
Quin & ipsae etymologie Hebraicae, quas Moses adponit, Clerico arguere videntur aliquam Hebraismi a pri-
mitiua secessionem, vt cum Gen. 4, 1. נַחַת a נַחַת, & c. 5,
29. נַחַת נַחַת deriuantur, cum per analogiam forman-
da fuissent a נַחַת & חֲנוּנָה: quod vero nos in medio re-
linquimus.

§. 7. Idem docet II. Historia Lingue Hebraica, quæ
diserte Chananea vocatur Esa. 19, 18. quia huic genti
propria ac vernacula dialectus exsuffit, nec ab Abra-
ham & familia eius eo demum inlata, sed inter Cana-
nitas comprehensa demum ac usurpata fuit. Quod
probabile fit (a) ex Nominibus propriis Cananitarum
vicinorumque mere Hebraicis, vt Abimelech, Adonise-
dek, Sichem, Hamor, Thamar, Hebron, quæ & Kiriath-

sepberries, ^{Agenebat ipse Bochart. p. 7. a-}
^{ut videt. 1725. deinde ratiōne}
Iudeorum, ea in Canaan lo-
quuntur: quia nascitur reg-
Cananitum dialectus, ut Bochart
scilicet regio Hebreorum peculiari-
us est propria. Videlicet eorum
lingua dicitur u. Reg. 13, 26.
Quod vero Hebra nascatur,
ab offensore eadē invictus, sicut
lumen ex propria ipsa Hebreo,

^{Significat primus οὐκεπατέρος} id nominis habet a re quodam, nolam̄, quod ei acutissime accidit.
Significat in Cœcina noui recordat, adiectus ibi τίτιν τίτιν τίτιν. Nam inter primum τίτιν, & secundum
et tertium (significat nomen illud nonnulli repetunt) quinq; generationes intercedunt, Phaleg, Reu; Serug, Nah-
or, Terach. Sicut vero factis omnis ab Alberto Etymog. vocatur ager: ut non quod antecedentes cum ēderi
Phaleg, sed et ceteris (Ladan, Bethuel) & si ceteris enīt hoc nomine priuavent?

Differentia regi primigeniū
lingue in dialectis Orientis
les sum sane antea feci
radicum, tunc ratione for-
me seu analogia partium
orationis & flexionum ac
syntaxis. v.g. $\pi\eta\tau\omega$ apud
Arabs. qd a 1200, coll.
c. 1. & 2. 1725. a 750,
1725 pro 1725. apud
quin dicitur dicitur in Iaphet, &
quoniam, unde dicitur ipsa ista
apud eos.

Ceterum quod ad velutiq
una lingue Hebr. Alio
multo iam (a 1725.) ex
parte mens uide, ut
in Phaleg. quoniam mis
l. III. εἰδότις non op
sus expertus in arti
prima et primigenia
misit. Et vnde a me
relat ad Gen. 29, 7.

* Gen. 6. & nonius pag. 61. (1) Iacobus domini, qui postea eas regiones occupaverat, nomen originorum a die
de domino. Nahruris filio acceptum. Gen. 22. (2) Lakan collit gaudiem Mesopotamie, ovidetatem, Galli
in d. Hebreorum. nam quis fuisse abrogata inter ipsam et Abramini seruare, item Iacobum interrogas.

◎ (32) ◊

Sed cf. Wiedmannskau *Septem, Luz, Gath &c.* (1) quia Cananæi nuspiam le-
gentur Israelitis ἑτογλωσσοι fuisse, ut aliae quidem gen-
tes, v. g. Aegypti Ps. u4, i. Gen. 42, 23. Chaldaei 2 Reg.
xvi. 26. &c. (2) Immo exploratores Israelitarum, semel
iterumque missi, sine interprete Cananæam peruagati sunt Num. 13. Ios. 2, 1. (3) Neque concipi potest, si so-
la Iacobi familia Hebraice loquebatur, vnde interpre-
tem nancisci Iosephus in Aegypto potuisset?

*Pugil. p. 1. comm. Abrah. §. 8. III. Abraham autem, ad quem plerique
Hebreorum lingua est. Hebraismum a piis maioribus propagatum fuisse pu-
nctum primitigenium, tant Chaldaicus sermo haud dubie fuit vernacula;
magis in confusione Bar quippe cui (a) patria Chaldaea fuit Gen. ii, 28. 31. ac se-
de vero ad Canaanos
etiam immundum; in
deinde aliquamdiu Carræ Arameæ s. Mesopotamiae v. 31.
decubulum, et ab his
Abraham tradidit.
Verum inter omnes
ipso aliquid varietate,
is in dialecto reficitur.
nam idem manus, qui
per plures, deinde
Iudeus est, præter
mores dicens.
לְאַבְרָהָם וְאֶת־
עֲדֵי־בְּנֵי־
יִשְׂרָאֵל.*

§. 9. Neque IV. valet satis, quod multi opinan-
tur, primævam linguam incorruptam ad Heberi po-
steros transisse, nec penam confusione luisse, qui ad
tunc exstirendum non conspirauerint. Primo enim
quoniam primum. Ibla, nusquam vel Eberi, vel posterorum ipsius ad Abrahami
gloriam pietatis munus usque laudatur pietas: immo vero Abrahami
nomine prodicent, rite maiores (אֲבוֹתִיכֶם), ac Terachus imprimis, Ios. 24, 2.
per quorum fratre. Sap. 10, 5. Judith. 5, 7, 8. manifesto superstitionis idolo-
latricae
et illis nimis longi sunt.

In infra Israelicis diversas dialectos fuisse, liquet cum ex 2'zvi lib. 12. a. d. Historia illi
us iudicis Levite c. 18. 3. huius 3'x vocat illis quidam, que accessu tempore
ris ostentiora facta sunt. In gloriam locum sapientia in margine, ser modum

litteræ arguuntur. Deinde si Eber cum filiis ideo ^{Kairan superflua} confusione
confusionam pœnam euasit, quod turris ædificatione non ^{te. lxx. v. 14. 15. 16.} adfuerit, vnde factum est igitur, vt posteri Ioktanis, ^{מִתְּהָרֵב וְתַּדְּבֵר. v. 17. p. 37.} Eberi filii, Arabice, plerique vero Semitæ, quibus trans
Euphratem sedes obtigerunt, Chaldaice loquerentur,
aut alia quavis lingua ab Hebraica remotiori? Quod ^{cf. Gen. 10. 21. 32.} vero Hebraismus Lingua Sancta vocari solet, ne hoc
quidem ad rem quidquam facit. Sit sancta, quia sanctissima V. T. oracula hac dialecto perscripta sunt: at ideo
primigenia non est.

§. 10. Porro cum in confessio sit, linguas in perpetuo fluxu esse, sic vero nulla adparet causa, cur Deus ^{Exordium quidem Men.} ^{ut. lxx. et. Polonius. 18. 25.} primigeniam a reliquarum linguarum forte penitus ^{et. quod dicitur. 18. 25.} eximere, & a mutatione per aliquot millenaria immu- ^{מִתְּהָרֵב וְתַּדְּבֵר, ac} ^{mentis quidem, quia ea}
^{e quid necessario exigebat; alioquin ad nostra usque} ^{populorum locutionem. 18. 25.}
tempora, & ad finem usque mundi, debuisset eius usus ^{ut. litterar. confederatarum} conseruari: nec prærogativa aut ius illorum, per quos ^{le. e. promulgata.} ^{18. 25. ita de} propagata dicitur hæc lingua ad Abrahamum; quip- ^{lingua Hebraicam.}
pe quos modo cognovimus idololatras eiusdemque
forsitan insania fuisse, ac turris aedificatores. Præterea
si verum est, quod Waltonus (k) obseruat, a Libris ^{(k) In Pro-}
litteris esse, ut lingua non mutetur, haud equidem vi- ^{legom. Bibl.}
dere licet, quomodo primigenia potuerit a mutatio- ^{Polygl. p. 4.}
ne immunis conseruari, cum tamen ante Mosen, su- ^{§. 15.}
pra bis mille annos, nihil paene librorum in ea exstiterit. Ac certe res ipsa docet, Hebraismum a communi
linguarum forte neutiquam fuisse liberum. Vnde
est enim, quod Hebreæ lingua sibilantes æque, ac
Chaldaismus vel Syriasmus, cum lingualibus subinde
commuteret, vt זְבֹחַ & שְׁבֹחַ matare, צְוִי & קְוִי tadio
adfi-

Et C. Gugel. In Prog. Chois. Quamvis Hebreorum unum cūdendū cum primigenia esse contendat, tamen
fidelius et Archæologos et Neoderismos, quibuscom scriptoribꝫ scripto peculiari, aſe obſervatos.
Sic Nomina textuaria, qua Kri marginale habent, v.g. חַדְרָה, מִלְחָמָה, מִגְרָא et. inīcio
ſunt, pro diuerſa rebata eſt quod diversas vocabulorum notiones.

(34)

Leia et vice regis Hebra, כָּחַשׁ & כָּתַחַת contundere, חַרְתָּה & חַרְתָּה exarare,
לְזַבֵּחַ ex origine & חַטָּב & חַטָּב cedere; aut וְכָבֵד & רְצַחַן & רְצַחַן & רְעַב
intercedere viobet תְּפַנֵּגere, רְבַּע & רְבַּע cubare, עֲרַב & עֲרַב bos̄is, צָקַן & צָקַן ad-
de, ut per pro רְבַּע caſligere. perinde vt in Chaldaeorum dialecto eſt אָרְעַב pro
tingueret, נְבָרַע pro נְבָרַע terra, עַזְנָן pro Onis; aut litteras eiusdem or-
emissas, מְלָאַת pro מְלָאַת errant, טְעוֹנָה & טְעוֹנָה errant, כָּסָה & כָּסָה separe,
נְשָׁרָה & נְשָׁרָה spiravit? &c, vt plura huiusmodi taceamus, unde
de sunt suffixa ista Chaldaizantia הַגְּמֹלוֹתָחוּ וְ & similia Ps. 116, 12.

habet scilicet plurim res קְרָבָרָה, בְּבָרָה, עֲוָנָה & similia Ps. 103,
cum his Nomina pugnare, 3. seqq.

Sicut, neq; uno statim tempore §. II. Hæc omnia, qui confiderauerit, eum intel-
limes, & ſpiratim & ſecundum lecturum eſte confidimus, nimis liberaliter a Viro
ſequitur. Cum iſtis, pugnat, Cel. (1) ſupponi, quaſi Hebraica lingua sit primigenia, ab
Populo orientali. Spp. 25. omni conuafione & immutatione libera. Patebit vero &
certe caput illa Raci, hoc, cadente iſthoc ſuppoſito, cui toram de hierogly-
ficis Hebreorum ſcriptis, phico litterarum valore opinionem ſuperstruxit, op-
eris vobis ſimum in ad- nionem ipsam quoque neceſſario cadere. Age tamen,
mihi pugnare, & tunc, cetera ſuppoſita, quæ inde formauit, itidem confe-
matione excusare, et in remus.

ēdere q. pro 552; 772 §. 12. Si Hebreæ, inquit, eſt primigenia, habitus
lanius & conuus, apud ſcribendi Adamo aut concreatus fuit, aut ab eodem,
i. Gen. 1, 23; 2, 9 & c. 8. & 10. illi deles, & vel quoconque alio inuentus. Sed prius quidem, vt
perceperat, Philo. non nobis videtur, cum ratione ſupponi nequit. Neque
per hinc de leſſice, enim neceſſitas vlla in ſtatū primæuo requiſuit ſcri-
bi, nō vnguillan bendi artem, cum neque memoria μετωπολεσιος eſ-
ſe & erare, & inquit tam labilis, vt ſcriptione carere non poſſent, neque
by ſcriptio ſignificatio vlla alia ſcribendi vel cauſa vel argumentum. Ac
ſit Hebraicas posterior, multo probabilius ſane eſt, inter ceteras vita neceſſi-
tas ac ſubſidiæ, quorum ſuccelluam inuenientiem Deus
pugn Chaldaizantia, ꝑ. (qua ſapiencia eſt) ſubſecutis ordine ſæculis reliquit,
tamen ꝑ. ſed me ꝑ. eſte eriam ſcribendi artem reponendam: idque eo ma-
tob. 16, 19. rivo pro 772.

Beſtē dymonum quæ maxima in Hebraismo percuria eſt ſine cognatis dialectis, tamen in illis
vocabis, quæcum eſt in Scriptura, poteris plus vice ſimpliſtice occurrere. v.g. אֶלְעָבָן (in quo per-
petua ſusq; demoniæ in Hebreorum primigenium eſt) et ſecundum (in quo נְבָרַע ſunt) eſt prae-
dictus ab Et. 111 ſupponatur; sed riuſquam hoc videtur in Hebr. Coce ſcripſit; quæcum uenit ſcripſit
illud uerſepani pro ſpōr, quod viſigotes hoc fer, sed pro ſpōr, quod ſeries ſixies occurrunt,

gis,

gis, quod parum credibile sit, si litteræ ante gentium dispersionem iam exsistissent, plurimos populos, quibus post multa demum sacula scriptioris beneficium innovit, eas vel abiecisse, vel nouas ad instar earum excogitare noluisset. Saltem res tota, quæ supponi iubetur, in incerto versatur, nec ylo argumento, (quod quidem sit aptum & sufficiens) demonstrata hucusque fuit.

§. 13. Inde vero consequitur, frustra Cel. Virum concludere: Si Deus ipse litterarum est auctor, nequitiam est probabile, eum signa homini dare voluisse tam vacua, tam nihil in se cum significato commune habentia. Nec potest enim ex antecedenti falso aut in certo alia, quam falsa aut incerta conclusio consequi. Sed consequentia nec tum legitime procederet, si vel maxime antecedens verum esset: quia nec vacuum est, nec ordine caret, quod alio modo, quam hieroglyphice, significatiuum est.

§. 14. Saltem igitur litteræ (inquit Cel. Vir) sunt ab Adamo vel quocunque alio. Sed de Adamo qui dem diximus vix concipi posse. Ponamus tamen, es fe litteras ab Adamo vel alio quocunque: quid inde rationem hieroglyphicam. Aut igitur, inquit, valorem significandi habebunt me re arbitrarium, aut naturalem seu hieroglyphicum. Bene! sed quo argumento probat, posterius eligendum esse? Inde nimurum, quod lingua putetur esse primigenia. Sed hoc quidem fundamento parum certi niti, modo indicauimus §. 5-II. Deinde vero nec pugnat primigenium cum idea arbitrarrii, nec præcisè exposcit rationem hieroglyphicam. Si enim ab Adamo vel quocunque demum alio Hebræorum litteræ inuen-

*Ultiram quag cur Pa.
triarchis ante Noahis
erorum beneficio nonque
erint ut ad scribendas
epistolæ, quærum quæ
eum in Scriptura ò
nullæ sit indicatio, sed
pro Stages, Pro ante
eum et aliis de illis
Mengram. Si Ibræa
magnum opus ad eo
gratos mitteret, ore,
teng eum inscripti,
nubant addentes epistolas
tam, vñ nos faceremus
Ad scriptioris hanc
aristificiū ante Noah
ian viguisse apud Ling.
nates, ad ipsas inter
iudicem, quæ tem
pore Jesu debita
auctoribus, sicut in rup
re arbitrii, sicut nominata
5, 15.*

*Primigenia lingua est
quæcumq; nō possunt ad eam
Edeo immedieate inflata,
quam pectorum posset
denuo ylo obsecrare,
attamen pectoris
cum batulis non a ma
Pram belis nomina significari secundum naturam idem
aut istud ylo significare naturam
alio natura. Vnde Thomas in turis pta. Sive. fol. II. c. 8. g. 20. 21.*

tæ sunt, quod cogitur Cel. Vir ipse in suspenso relinqueret, quid impedit igitur, quin Adamus, vel quisquis inuentor est, in effingendis litteris æque suum arbitrium fecutus fuerit, ac ceteri homines litterarum apud varias gentes inuentores?

§ 15. Ac proinde obscurum esse nequit, quam lumen sit, symbolicum litterarum valorem ab ipsorum repetere *Nominibus*: quorum ut significativa nonnulla sint, tamen pleraque etymologiam suam per accidens & vix aliunde, nisi ab externa litterarum figura habent; alia vero mere technica sunt, æque ac in aliis linguis, & apud nos *Be*, *Ce*, *De* &c. uti *Cbet*, *Tet*, *Mem*, cuiusmodi voces Hebraim, si usum spectes, alias ignorat. Nec intelligi potest, quo pacto hieroglyphicus litterarum significatus cum appellativa *Nominum* explicatione conueniat in aliquibus, nisi obtorto (vt aijunt) collo conuenientiam longe petitam aduocare ve-
lis. Aleph a *descendo* seu *adscendendo* dicitur, forte quod hinc *descendi* petatur exordium: sed quid hoc ad significatum hieroglyphicum *Motus in genere?* & quid communionis est *Nomini Lamed*, quod *disciplinam* notat, cum significatu *Aduersationis*, *acceſſus?* item *Nomini Tau*, quod *Signum* est, cum valore *sequela?*

§ 16. Similis autem estratio *Figura* litterarum: quæ multo etiam minus interpretamentis hieroglyphicis fauet. Quis enim exculpserit ex structura *is* & valorem *motus*, *presentie*, *societatis*, *aduersationis*, *ampliationis?* & vt cetera elementa mittamus, quis sibi imaginari queat, figuram litteræ, quæ omnium minima & apicis instar tantummodo est, significatum sibi conformem habere, cum *extensionis* & *longitudinis* signum

signum esse dicitur? Frustra vero prouocat Vir Cel,
ad *Mem clausum* in voce לְמַרְכָּה Esa 9, 6. cuius figura-
ram concedimus equidem significatiuam esse, verum
in genere non etymologico, sed critico. Subindicat
enim forte variam ex aliis codicibus lectionem רַבָּת, re-
fecto penitus & omisso לְמַם, vti metaphrasēs LXX. In-
terpretum, Latina vetus, atque Arabica conuerterunt: ^{(m) In Tra-}
qua de re Cl. Hillerus (m) consuli potest.

39.

§. 17. Et quomodo *Sonus* vel *pronunciatio* potue-
rit symbolicum efficere literarum valorem, nisi *man-
cam* sepe aut *confusam* vocabulorum interpretationem
dare velis? *Mancam*: quia (a) littera אַחֲרֵי səp̄issime in pro-
nunciatione quiescunt, vt בְּרִזְבָּן, לְאַמְרָה mors, בְּבוּרָה
in diebus &c. (b) Geminatarum ultima (nisi vocalēm
habeat) nunquam pronunciando exprimitur, vt גְּלָעֵד, קְנָעֵן, חְמָם pro calidus; nec media sem-
per, vt צְרִיכָה, lostes, ad formam חְמִים, a radice צָרָה.
(γ) In Radicibus, quas Vir Cel. vocat *imperfecte com-
positas*, aliqua alterutrius characteris littera, sicut in scri-
ptione, sic & in elocutione perpetuo eliditur, vt cum
רְאֵךְ dici putatur pro רְחֵךְ, וְרוֹךְ pro וְרֵחֶךְ &c. Proin-
de si sinus cuiilibet litteræ seorsim significatus est, idem
que sono metiendus, quiescentes quidem (quoties &
quamdiu quiescunt) nihil significabunt; ac tum mul-
to magis, vbi ex ipsa quoque excidunt scriptione, vt in
לְחַשְׁמִיעָן pro לְחַשְׁמִיעָן, ac monosyllabis ultimæ gemina-
te vniuersis. *Confusam* vero oportet esse interpreta-
tionem, quæ ex singularium litterarum sono ac valore
hieroglyphico elicetur; quia sepe contingit, vt (a) qui-
escentes litteræ, cum quiescant, sono nec a se intuicem
discerni queant, vt בְּרָא addidit a יְהִוָּה collegit, בְּרָא
creavit.

E 3

Unde ei confunduntur in
lexicis q̄d Hebrewis, v.g.
גְּאַלְעֵן a גְּרָא z Sam. II, 27.
גְּרָא pro גְּרָעֵן.

prænuntiatio diversam aliquando
enig. vniq. littere dicitur præfissale fuisse oratione significacionem inservit, & Jon. Mr. ۲۰۰۰
Ar. Jec. ۱۱. Sime ijs. concidit Neumannus responsu ad oppositionem argumentum de si
negliguntur interius lingua hebreorum consonantia, Genes. c. 11, p. ۲۳۴

(38) ♦♦♦

creauit a בָּרָה comedit, **כָּלָה** conclusit a **כָּלָה** consumtus
fuit; (B) neque a geminatis, vt בָּרָה fouea puri-
tas; (G) neque ab apocopatis, vt בָּן בָּן filius.

§. 18. Ex mobilibus item litteris (G) ס a שׁ pronun-
ciatione non differt; ac proinde ס nihil aliud significa-
bit, quam שׁ: quia unus soni unus erit significatus
hieroglyphicus. Secus tamen statuit Vir Cel. qui ס
cincturam explicat, שׁ vero a שׁ gradus superlativi symbolo,
non aliter differre putat, nisi gradu (n). Mirum
tamen foret, si שׁ רַק ride & præterere, סכְל providenter agere ac שׁכְל orbari, שׁ mercede conducere &
שׁכְר inebriari gradu tantummodo different: mirum
vero & hoc foret, cur non plane idem essent, sicut e.

Sicut שׁ קָרְבָּן et שׁ קָרְבָּן apud Ephraimitas idem valebat, quod pe-
nina et per. 26. 19. Ier. 46. 7. Sed vel hinc patet, esse, sicut in aliis linguis, ita in Hebra-
go. סכְל כְּלֵבֶת et שׁכְל כְּלֵבֶת imponeatur item, quæ casu & consuetudine magis regantur,
quam ratione & consilio; quorum proinde rationes
frustra quis a priori inuestigare laborauerit. Nam, vt
e. g. Sibboleth apud Ephraimitas idem valebat, quod pe-

(o) Institut. Quintilianus (o) ait, Analogia non ratione nittitur, sed
Orat. l. 1. o. 9. exemplo: nec lex est loquendi, sed obseruatio.

§. 19. Quantum denique ad Numerum litterarum, summa quidem fiducia Vir Cel. asserit, id importare, quod sibi visus est reperisse: animaduertimus tamen, & hoc caput suis laborare difficultatibus. Ait (p): Literarum geminatione augeri, exclusione vero diminui significatum. De Geminatione non omnino negamus, quod sentit Cel. Vir, videlicet ubi geminatio characteristica & emphatica est, v. g. in Coniugationibus Piel, Pyal, & Hithpael, earumque deriuatis, in quadrilitteris denique aut quinquelitteris, quippe in quibus gemina-

(p) Genes.
L. S. p. 31.

minatio euidenter augmentum & frequentatiuum quid significacioni infert, vt גָּלַגְלֵל volutare a גָּלָל volute-
re, פְתַלְתָּלְתָּל languore consici ab אַמְלָל languescere, פְּרַעֲרַסְסִים peruersissimus a פְּרַעְעָרָסְסִים peruersus; eodem fere modo, vt apud Latinos iactito a iacto, faetito a facto, augmentatiua a frequentatiuiis sunt. Verum huiusmodi quid in dispersa ac seruili litterarum geminatione vix obseruauimus, v.g. מְשֻׁמֶּר, קְרֹב, מְשֻׁבֶּב, vbi præformatiuim Mem, radicali iunctum, significatum radicis non geminat, quæ opinio Cel. Viri est(q), sed *localita-*^{(q) In Dis-}
tis aut actionis ideam infert, sicut (cum simplex est) in *fert. Epist. ad*
messib. & similibus. Neque etiam geminatio illuſtrem radicalium immediata semper auget significatum. In *Leibnitium* telligimus geminationem euphoniacam seu compensa-^{p. 15.}
tiuam, vt cum שְׁגָגָה dicitur pro אַנְגָּדָה, pro אַרְגָּמָה: vbi geminationis nullum est aliud fundamen-
tum, quam euphonia; que facit, vt Latini etiam dicant Appono, succumbo, illicio, pellico, pro Adpono,
subcumbo, inilicio, perlicio, Græcique pariter συλλέγω ἐλλογέω, pro συνλέγω ἐλλογέω. Deinde vero nec hoc persuafum est nobis, quasi radicalium *exclusio* significatum *diminuat*. Quis enim dubitet, Futuro
respergetur, aut Praeterito גָּלַגְלֵל migrarunt, totam in-
esse notionem radicum נָרָה & גָּלָה, etsi diminutio-
nem litterarum vtraque forma paſſa sit? Ac difficile
forte fuerit, cum isto principio conciliare aliud Cel.
Viri principium, (r) quo litteras in compositione ex ^{(r) Genes.} charactere alio deriuatas, significacionem inferre pu-^{p. 46.}
tat characteris illius, cuius sint. Quomodo enim רְחַק idem significare potest, quod רְחַזְק, cum posterioris characteris prior littera exclusa sit?

§. 20. Sed facile sensit Cel. Vir, hæc omnia fundamenta infirmiora esse, quam ut hypothesin hieroglyphici valoris stabilire valeant: itaque tandem, quod res est, fatetur, (s) *rem a priori determinari non posse.* Attamen nihilominus putat, *a posteriori* seu exemplorum inductione suam abunde firmari sententiam. Equidem hoc tum demum litterato orbi patebit, si Vir Cel. Lexicon ad leges hypotheseos suæ concribendum, uti promisit, publicauerit; ex cuius toto contextu & analogia iudicium capeſſendum erit. Interim tamen monemus, non omne id linguis a priori inesse, quidquid ex illis *sub aliquod conuenientie ingum cogere nouit ingenium.* Quem scrupulum tetigit quidem Cel. Vir (t), sed utinam plene & sufficienter exemit! Proutocamus ad cordati Lectoris sensum, anne, perlecta *Exodo Lingue Sanctæ*, qua hieroglyphice voces aliquot Alphabeti litterarum interpretatus est, exempla se ita compererit habere, ut Auctoris ingenio potius, quam ex natura & indole rei, magisque sub aliquod conuenientiae ingum coacta, quam ad pronam, planam, facilemque analogiam redacta fuisse adaptant?

§. 21. Posset enim forte, si quis harum rerum curiosus esset & otio abundarer, pari facilitate, necio quæ admiranda vel Latinitatis, vel nostræ vernaculae aliarumve linguarum, ad eiusdem hypotheseos leges exsculpere, demitis modo vocabulorum terminacionibus, vocabulis atque seruilibus litteris. Meminimusque a Fautore quodam artificium illud Hieroglyphicum ita collaudari, ut aliis quoque linguis vel maxime ignotis applicatum, ex solo litterarum significatu

(s) *Genef.*
L. S. p. 37.

(t) *Genef.*
v. 129.

ficiuti eiusmodi ideam genuisse diceret, quæ materiali vocum significationi fuerit quam conuenientissima. Ipse Cel. Vir in *Exodo L. S.* voces גּוֹבֵר thesaurarius, צְבָא scheda, סְבָג inflari, עַזְנָג letari, ex sua hypotheti æque explicauit feliciter, ac Hebraæs; et si peregrinas ac Chaldaicas illas esse non abnuerit.

§. 22. Pari igitur ratione posset, si quis vellet, Germanica Laub / Laub / Leben / Leib / Lieben / Lob, ita tractare, ut considerari iuberet illarum characteristicas, ^ה accessus, impulsus, & ^ב materie, corporis, substantie, internaque capardinis notas: ex quibus conflatum Laub significaret (^ה) accretionem (^ב) materie lacteae, uno verbo cogitulum, sicut apud Arabes ^{לְבָן} ex iisdem characteristicis lac; Laub (^ב) aliquid (^ה) adiunctum arboribus, feu frondes; Leben (^ה) impulsum (^ב) materia vel corporis, substantie motum seu vitam; Leib (^ב) substantiam (^ה) impulsus capacem seu corpus; Lieben denique & Loben (^ה) impulsum (^ב) internum, prius quidem amorem, cuius pariter ac ^{וּ} praecipua sedes apud Hebraeos dicitur ^{לְבָב} Cor; posteriorius vero Laudem, quae impellit, stimulunque addit, & accedit ad ulterius pergendum, vnde ^{לְבָב} Hebr. flamma, & שְׁחַתָּה aliquid in summo gradu inflammans. Valde autem verendum est, ne huiusmodi explicaciones non solum vulgo, penes quem loquendi norma & arbitrium, sed grammaticis quoque ac doctis, qui etymologias insuper inquirunt, parum arrideant, ac id videantur inferre, de quo, qui vocabula rebus imposuere, nunquam cogitarint.

Et hoc compendio summa
vix comparandum et nonnullis
ris et omniscentibus phi-
losophis. Sed et quod
est, quod Heracitus Velle,
tristis ac tristissimus
Nullus significans. Aut
quare lucis ipsi florente
adire Regia, ea, Baldus,
num ex post principijs
non intellexerit?

F

§. 23. Cer-

§. 23. Certum vero est, quidquid Vir Cel. in contrarium sentiat, significationem istam hieroglyphicam, a posteriori collectam, in Hebraismo multa secum neque exigua ferre incommoda. Primo enim, si singularium litterarum singularis est valor, plurimæ quidem voces, quamvis toto (vt aiunt) cælo differant, modo easdem habeant consonas, vnum tamen eundemque habere videbuntur significatum, saltem generale, vt בְּרִירָה sacrifice & בְּרִים vineæ, regnum, & ignominia, עַבְרִי transiit, פָּרֶת הַחַת facile fuerit, vti רַעֲבֵן & רַעֲבֵן esurivit. Atqui ita facile fuerit, ut vicissim אַפְרֵר ornatum pro cinere Esa. 61, 3. sic quoddam אַפְרֵר cinerem pro ornato habere; aut inane חַלְמָם somnium somniantis instar pro לְחַם pane arripere Esa. 29, 8. quia in his vocibus consonantes eadem sunt, idem proin formale eis importaturæ.

וְעַתָּה vacillauit, וְעַתָּה
Perficit; וְעַתָּה lauit,
וְעַתָּה occidit.

§. 24. Praeuidemus quidem, quid regeri possit.
Urgebitur enim, quod Vir Cel. (u) præcipit: *Litte-
rarum characteristicarum transpositione saepe inverti signi-
ficatum, vt v.g. רָק fit occursus, רָק vero amotionis no-
ta.* Verum attendenti haud difficulter patuerit, scri-
psiſſe hoc Virum Cel. ipsum non sine hæſitatione.
Cur enim dicit, *sepe*, niſi quod ſentit, in quibus-
dam vocabulis faltem eſſe metathesin accidentalēm,
ſeu arbitriariam? Putatne voces ex metathesi synony-
mas & נְקָר *gemere*, & שְׁלֹמֶר *velliſſis*,
& כְּבָשׂ & כְּשַׁבֵּע, ſimilesue, ex confilio conſpira-
re ſignificationibus, aut notiones habere diuerſas? at
nullum huius diuerſitatis vllihi vſtigium. Vide qua-
copioſius hac de re ſupra diximus Cap. I, §. 20.

§. 25. Quis

§. 25. Quis vero persuadeat sibi, voces, iisdem ex litteris eodemque ordine conflatas, nec nisi punctis vocalibus differentes, eiusdem esse originis, eiusdemque significatus formalis? v. g. אִי *insula* & אַיִל *civula* & אַיִלָּה *ad.*, מֵת *mat-
ter* & מֵתָּה *si*, אֲנָכָּה *ancilla* & אֲנָכָּה *cubitus*, אֲנָכָּה
ego & אֲנָכָּה *nauis*, אֲנָכָּה *ornatus* & אֲנָכָּה *morbus*, שְׁמָרָה
iuuenit & שְׁמָרָה *peruertere* &c. Et cur tanta significatus diversitas in illis ipsis etiam vocibus sentitur, quae non solum numero & ordine litterarum, sed & vocalibus conueniunt? vt חֹל *dolere* & choreas agere, שְׁדָה *deuastatio* & mamma, תְּשֻׁר *nonacula* & vagina, כִּי
quoniam & adustio, קְרַבָּה *corpus* & superbia, עַד *usque*
& spolium, מְעַד *nudum* & callidum esse, item coa**צְנַחַת** *vix* & penis *ejaculationis*
cernare, לְנָן *pernoctare* & murmurare, פָּתָח *frater* & פָּתָח *spurculationis*
focus, item ben! רְאֵנָה *caput* & sel, רְאֵנָה *creavit* & binarum vocum *sub eo*
comedit 2 Sam. 12, 17. הָרָה *genitrix* & docuit, עֲרוּם *femina* & *unus*
afini & urbes Iud. 10, 14. בָּרָה *iuuenga* & fructificauit, significationibus in
זִקְרָן *adquisitus* Gen. 4, 1. & ferramentum hastæ 2 Sam. Magistrali f. 1. c. 1.
21, 16. תְּאַנְּן *tranquillus* fuit & tumultuatio, תְּאַוָּה *desiderium* & f. 8. f. 1. f. 2. f. 3. f. 4.
derium & terminus. Quis hic velit sub iisdem litteris eundem querere significatum, si vel maxime generalis intenderetur? Immo vero vt sub iisdem litteris diversæ origines, sic & significations diuersissimæ esse possunt, vt cum תְּאַוָּה *desiderium* est ab אָהָן, ter-
minus vero a תְּאַנְּן *tranquillum* esse אַנְּן, tu-
multuatio vero a תְּאַוָּה; הָרָה *genitrix* ab חָרָה, do-
cuit a יְהָה &c. in quibus proinde litterarum & for-
ma exterioris unitas non est ex consilio & ab identi-
tate significatus litterarum, sed ex accidente: sicut

Bero diuersæ unitas vocalibus significations originam sive habant ex dictione
dialecti, v.g. אַנְּן *jiuaniare* ex syriac. et valere ex hebreo, וְגַעֲרֵה ex hebreo, et
וְגַעֲרֵה ex palest. (2) ex diuersitate accentus, וְגַעֲרֵה collectionem vocum, quæ di-
versum & concordem dicunt, sive *guttationes* habent, in grammatica Lx. greci & Sac.
paleo. (3) ex diuersa unius iisdem elementi pronunciatione, v.g. פְּנַיִם, פְּנַיִם,
פְּנַיִם, פְּנַיִם: v.g. Germ. Magistrali a magistris, Vt a Magistris; sive legari, sed ei significare, re-
faller a *zirkus*

apud Latinos *Labor* ich falle & *Arbeit* / *Edu* ich gebe aus & ich esse / *Vere* im Frühling & wahrschaffig / *vis* du willst & die Kraft &c. aut apud Germanos *Utrum pauper & brachium, Weise sapiens & mos, Hall sonus & porticus* &c. Quæ omnia conciliare, & ad vnum reducere significatum formalem, quid esset aliud, quam cælum cum terra, superaque cum inferis sociare?

*Utrum cal. tonus et
vallis.*

§. 26. Incommodum porro est nouæ hypothesos, quod significationem litteris attribuat tam vagam, tam ceream, ac in omnia flexilem, vt ex iisdem litteris quidvis aliud, & subinde contrarius significatus erui possit. *Quis* putasset humili *וְאַתָּה valli* adeo bene conuenire cum *נִזְבֵּחַ superbo & גָּדוֹלָה elatum,*

superbum esse, vt cum eis commune etymon, communemque haberet significandi rationem (x)? Atqui

(x) vid.
Exod. L. S.

p. 235. seq.

(y) *Dissert.*
Epifl. p. 9.

hic modus dici posset, conciliandi Scripturæ quoddam (vti videtur) paradoxon, quo *Esa. 40, 4. כְּלָגִיא וְנַשָּׁא omnis vallis* (inquit) *elata sit.* Ira pulchre quidem

Cel. Vir (y) radicem *טָבֵש* interpretatus videtur, (z)

summo studio (w) rem aliquam *rectificare*, *schlichten*

und richten / sehr gleich und eben machen. Sed quid?

nonne pari vel maiori etiam facilitate posset eadem radix explicari (w) *summo studio* (z) *anfractus* facere

(w) *fleßendo* vel *torquendo* quid? (z) Hæc vero egredia esset *Iudicis* idea! scilicet qualem cum detestatione

proponit Moses Deut. 27, 19. Maledictus טָבֵש perniciens (infleñens) iuu peregrini, pupilli & viduæ.

Itaque haud scio, an hieroglyphica hæc disciplina multo sit certior, quam Kabbalisticæ artes, *Abbasch, Ge-*

matria,

(z) conf.

de littera

v

Exod. L. S.

p. 36.

tria, Notaricon, Temura: quas merito cordatores spernunt, vt pote tam lubricas, vt teste Pfeiffero (a) In Criton non difficile esset iisdem principiis e falso verum -- faceta S. p. 212. re. Regeret quidem Cel. Vir, *Verum, genuinum,* & adequatum vocis significatum non ex sola etymologia, neque ex solo usu, sed ex utroque simul querendum esse! Bene: fatetur ergo, deficiente visuali significatu, qui (b) Genes. ex antecedentibus & consequentibus, ex adiunctis, ana-L. S. p. 14. logis, parallelis, similibus, contrariis atque oppositis colligitur, vanos esse conatus hieroglyphicos. Quomodo igitur fanar noua hypothesis Hebraifni vertiginem? aut cur Vir Cel. ex sola litterarum etymologia explicavit *pannum conduplicatum,* & expandendo bene diductum atque dilatatum, ne rugas contractab vel plicas faciat? Dubitamus enim an vox כְּשַׁבֵּת vllibi in Codice S. hunc usum habeat.

§. 27. Premitur & hoc ipso, vnde asseri solet, recens opinio, *cognitione radicum* scilicet. Quibus ut ut putet Vir Cel. aliquam significationis diuersitatem inesse, tamen ipse fatetur, subinde nullam plane sentiri, v.g. רָכָה, רָכָךְ, רָכָחַ, רָכָה contundere (c). Etenim si qua eis omnino inesset significatio (c) Genes. di diuersitas, cur רָךְ non aequae faciliter distingueretur, רָכָה, ac שָׁוֹל fimbria a נְלָשׁ שpoliare? aut רָכָךְ a נְלָשׁ שpolare? aut רָכָחַ a מְרָאָה offere se? aut רָכָה a בְּרָא, vt creavit a terra comedit? aut denique ab הָרָךְ ab רָכָה, vt הָלָה suspendit ab חֲתָן illus? Nimurum accidentalis haec allegatarum Radicum cognitione denuo argumento est, esse, sicut in omnibus linguis, ita & in Hebraica, quod a loquen-

F 3

-101

tium non tam intentione, quam vſu & confuetudine
dependeat.

§. 28. In ordinanda porro litterarum significatio-
(d) *Genes.* ne, Cel. Vir hanc ponit regulam (d): *Litterarum
L. S. p 39. cognatarum mollior, significationem etiam quasi molliorem
ac remissiorem; durior vehementiorem reddit.* Et sane
adpositum huic obseruationi exemplum esse videtur,
quod subiicit: *רוֹחַ* enim est *dilatatio*, inquit, omnium
tenuissima, *respirare & flare*, *רְכָב mollescere*, *קָקָה attenuari*. Cur vero alibi adeo morosus est eiusdem can-
nonis vſus? *רְחָב ferocire*, *רְחָב dilatari*, *רְגָב gleba*,
רְכָב infedit, *רְכָב computrui*; itemque *רְגָב incubuit*
ouis vel pullis, & *רְכָב transfigere*: quomodo haec non
dicam gradibus se mutuo attingunt, sed quid omnino
in significatu cognitionis habent? Et mirum est,
auctorem primigeniae linguae noluisse cognatas actiones,
v. g. *נִשְׁתַּחֲוֵל dormitire*, *יִשְׁתַּחֲוֵל dormire*,
נוֹרָאֵת ecstatico sopore obrui, cognatis exprimere radicalibus,
earumque vel remissionem vel intentionem molliori-
bus durioribus distinguere litteris.

§. 29. Si vero sius cuique literae valor est, ex quo
originarius & formalis integrarum radicum significati-
tus existit; radices anomalæ igitur raro admodum sium
(e) conf. consueuant formale, non dicam in deriuatis (e), sed
supra C. I. in ipsa quoque paradigmatum flexione. E. g. in *Quie-*
§. 21. *fectibus Pe-Iod*, aliud formale erit radicis *יְדָה*, aliud Im-
perativi *לְרָה* ac infinitivi *לְרָה*, aliud denique Coniuga-
tionis Niphal, *וְלִידָה*, *בְּצָבָה*, *נוֹלָדָה*, Hiphil, *חִזְבָּה*, & Hophal
חִזְבָּה, *חִלְבָּה*: quia prima *Iod* (qua in præterito neuti-
quam vel Coniugationis, vel Temporis, vel Per-
sonæ præformatiua, sed æque ac *אֶכְלָה* in *פְּקָרָה*, *פְּקָרָה*,
for-

formatiuā radicis est) modo abiicitur, modo in *Tau* vel
Dagesch commutatur. Sed nulla adparet ratio, cur
Hebræi voluerint vnius primitiui, five radicis, plures
(pro diuersitate Coniugationum, Temporum, Perso-
narum ac Numeri) exsistere conceptus formales: fal-
tem hoc paecto nihil cerrum ac stabile in Hebraismo fu-
turum eset. Immo sicut apud Latinos *lectus sum, scri-
psi*, notionem primitiui *lego, scribo*, sine dubio retinent,
et si aliquam radicalium immutatam habeant; quis velit
aliter de Hebreorum flexione iudicare? eoque magis,
quod Vir Cel. ipse supponat, (f) *Vocum Hebraicarum or-
tus ac derivandi rationem* (adde & flexionem multo magis)
*eodem in plerisque se babere modo, ac vulgo in aliis
linguis.* Proinde si n̄ characteristicum Coniugationis
Hithpael ob euphoniam in *v* transit (quod fit post α
perpetuo, vt *מְרַבֵּעַ* pro *מְרַבָּעַ*) significatio non magis
mutabitur, quam apud Græcos, vbi *Tau* post *אֶפְרַיִם*
in *Tbita* transit. Ita vero vsus obtinebit, non hiero-
glyphica quædama ratio; quippe secundum quam *sequela*
& *continuationis*, *v*ero contrarium *retroactionis* & *reces-
sus* valorem habet.

(f) Genes.
L. S. p. 140.

Eham ex regulis
coagumentaonis
radicalium litterarum
raturum vanitas
inuenti Neuman

mansa pellucet.
 v. q. Nullæ m.,
 (g.) Genes. dices m.,
 L. S. p. 44. Exod. L. S. Chantur
 p. 137. 357.
 380. a combinatio
 litteris ינ, נן
 נן, נן, נן, נן,

187, 187, cat. cat.
aluant huiusmo,
um? minime,

§. 30. Denique in tota Alphabeti hieroglyphica expositione, quam Vir Cel. dedit, vidi sumus quosdam adnotasse hiatus. Præsumit (g) valorem litterarum symbolicum ex præformatiuis ac præfixis. illustrare: sed in aliquibus principium principiato obscurius est. Qui fit enim, vt η sequela, continuationis ac successionis symbolum, in omni formationum genere reperiatur, ut η בְּקָרְבָּה visitasti M. בְּקָרְבָּה visitasti F. בְּקָרְבָּה visitau. litteris עֲנָאָה visitabis M. בְּקָרְבָּה visitatis F. בְּקָרְבָּה visitau. Nullæ m. (g) Gen. L. S. p. 44. dices in Exod. L. S. Chantur p. 357-357. 380. a r. mbinah;

teo potius quod prominetatio combinatarum huiusmodi litterarum Hebreis
fuerit difficultas.

* * (48) * *

הַפְּקָרֶת visitabit F. הַפְּקָרֶת visitabis M. visitabilitis & visitabunt F. Putabimusne, his omnibus formis maxime successionis & sequela notionem inesse? Mirum vero, si Præteriti prima פְּקָרֶת huiusmodi ideam exigit, cur prima Futurorum non habeat item? aut si secunda Præteriti פְּקָרֶת, cur imperatiui non item? Et quo paet littera ו, quæ numeri ternarii gradusque superlativi & summi est, conuenier cum significatu præfixi ו qui, que quod? Nolumus enim valorem hunc hieroglyphicum aliis in exemplis experiri: alias facile esset demonstratu, eum haud satis bene vocabulis adcommodari; & vel vnicum numerale ו ו sex (quod supra c. l. §. 12. compendiose pro ו ו ו scribi ostendimus) sufficeret allegare, quippe quod neque ter repetiti ternarii numeri, nec gradus superlativi capax est.

§. 31. Ad hæc non fuerit a re alienum querere, cur e vocalibus non æque, ac consonantibus, significatus colligatur hieroglyphicus? æquipollent enim subinde vocales litterarum geminationi, vt בִּרְכָּה pro bir-
recb, בִּבְחָל pro bühbal; vel motui, vt בְּחָמִים pro
Quam difficultatem vidit quidem Vir Celeb, in Präf. Exodi L. S. sed non expedituit. Cur item e diacriticis signis solum Dagesch forte in consortium efficiendi valoris hieroglyphici admittatur; cum tamen reliqua signa litteras non minus adficiant? Certe si sonorum varietas diuersitatem hieroglyphicæ notionis gignit, ut coniiciebat Cel. Vir, Dagesch lene debebat esse non minus significatiuum, quam forte: quippe tantum interest inter Raphatas & Dagesch leni affectas, quantum inter Græca Φεδων obstruo & πεδων facio, βάθος praefun-

funditas & p̄dros rubus. Nihil etiam discriminis inter
Mappikatum & quiescens? cum & motu differat, &
flexione. *Schna* vero, quo iure excluditur, quod tamen
subiectum litteris motum, absens quietem magno
discrimine notat? Quid *Metbeg*, quod geminationis
loco interdum est, vt תְּלִיל pro תְּלִיל? estne vero si-
mile, minus eiad significandum ius competere, quam
Dagesch fortis? Denique geminatio litterarum estne et-
iam illic significativa, vbi excidens *Dagesch* aut per
vocalem compensatur, vt תְּרִף pro *türraf*, aut nullum
sui vestigium relinquit, vt בָּאַר declarauit? Hæc omnia,
ac multo plura, nisi excusâ fuerint ac suis circum-
scripta limitibus, certitudinem ac euidentiam nouæ hy-
potheseos non parum turbant.

§. 32. Viderur & hoc scrupulum habere, quod
ex omnibus litteris solum *Mem* diuersimode dicitur si-
gnificare, prout vel *apertum* fuerit, vel *finale & clau-*
sus. Pariter enim de *Capb*, *Nun*, *Pe*, *Tsade*, statuendum
fuerit, quarum initialis figura a finali non minus
differt, quam τὸς *Mems*. Ipsum tamen *Mem finale* non-
ne quolibet accedente augmento mutat figuram? vt
—ּ y cum, יּ y mecum. Quis hic sentiat diuersum
diuerse figuræ valorem?

§. 33. His omnibus rite consideratis, iudicet qui
potest, sintne hypotheseos nouæ tanta commoda, (h) Vid.
quanta Cel. Vir pollicetur? (h) Certe in illis ipsis vo-
supra C. II. cibus, quæ quam maxime Philologorum capita adflit- §. i.
gunt, quarentem destituit, & loco certi, stabilis ac in-
dubii significatus, quem promittit, vagam & in mille
formas flexilem idem parit, quæ tantum abest, vt
G adflit-

adflictis solatio sit, vt augeat potius afflictionem. Nec parum nouæ opinionis gloriam minuere videtur, quod nisi de vocum significatu aliunde iam constet,

frustra sit hieroglyphica litterarum notio; fatente ipso Viro Cel. (i) *Rerum desperitarum vel alias non satis cognitarum adpellationes indagare, esse laborem valde lubricum atque incertum.* Quo referri iubet דָרְאֵיָה אַבְטְּרוֹחִים &c. Cogitandum vero hic maxime erat illud Hillelis: בְּקָמָם שָׁאָן אֲנָשִׁים חַשְׁתָּול לְהֹווֹת אֶשׁ In loco, ubi non sunt viri, da operam, ut tu virum te prefes.

(i) Genes.
L. S. p. 28.

§.34. Et quoniam Vir Cel. opinionis suæ usum cumprimis in dispellenda ambiguitate collocat, agendum experiamur, quantum possit, & quantum valeat. Sumamus e.g. Ier. 49,7. vocem מִבְּנֵי, quam alii interpres reddiderunt ab intelligentibus, quasi Participium esset ex בָּן; alii, a filiis eius, quasi esset Pluralis a קָן: item c. 50,29. רַבִּים, quod alii vertunt *saculatores*, a radice רַבָּה; alii, plurimos a ربְּ: deinde sumamus c. 51,2. זְרִירִים, quod alii reddunt *pergrinos* ex זָרָה, alii vero *ventilatores* ex רָהָה. In his vocibus utrinque sunt pro vnaquaque interpretatione rationes, tum ex contextu, tum ex philologia probabiles: vnde amphibolia & ambiguitas quadam oritur. Quid igitur recens hypothesis? Nimirum monstratur earum vocum characteres זָרָה, רַבְּ, בָּן; characteribus attribuit suum ex hieroglyphica litterarum notio ne significatum formalem, vt v.g. בָּן summa quadam abstractione *Propagationem* notet: formale characteris accommodat ad materiales usus vocis בְּנִים, secundum

dum quos norat alicubi *filios*, alibi *intelligentes*. Sed quid inde ad discutiendam amphiboliam in locis allegatis? Aequo ac antea etiamnum ignoramus, quæ sit vera, certa, atque sine formidine contrarii indubitate horum locorum interpretatio: quin & multo magis videmur ex hieroglyphico valore perplexi. Ut parum absit, quin visurpari hic possit illud *Terentij: Fecisti probe; incertior sum multo, quam dudum.*

§. 35. Et si vero hæc omnia ingenue disputauimus, ii tamen non sumus, qui Celeberrimum Virum sua, quam multorum iudicio meruit, laude priuandum putent. Immo agnoscimus gratio animo propensam Eius ad iuanda sanctioris Philologiae studia voluntatem, supicimurque merito suo eximias ac utilissimas obseruationes Lexicas, quibus, occasione hypothetæ nouæ, sua distinxit ac eruditio orbi probauit monumenta. Confidimus autem plane, Virum Celeb. multa, quæ in vulgaribus Lexicis defiderantur, non minus feliciter, immo emendatus pleniusque traditum fuisse, si vim ingenii, apparatum doctrinæ, & iudicij robur ad ea persequenda, eriam secundum communia artis lexicæ principia, conuertere voluisset.

FINIS.



ADDITAMENTA LEXICA.

I.

Latet in Proverbii Salomonis *ingens thesaurus Lexicus*, propter frequentissimas oppositiones ac similitudines.

2.

Cognatarum linguarum Harmonia in Hebraismo egregium habet usum.

3.

*Ad etymologias & emphases restituendas non parum
facit, nosse vocabulorum formas.* Ludolf. Gramm. Hebr. p. 87. seqq.

4.

Cognatae Radices alia ex aliis illustrantur.

5.

Nomina propria existantiora in Lexicis Hebraeo-Biblicis perperam negliguntur.



Bb 278

ULB Halle
004 145 070

3





DISSE³
TATIONEM PHILOGICAM,
Qua.
NOVA HYPOTHESIS ETYMOLOGICA HEBRAEA
De²
VOCVM SEMINI-
BVS,
^{AC}
LITTERARVM SI-
GNIFICATIONE HIERO-
GLYPHICA,
MODESTE EXPENDITVR,
RECTORE MAGNIFICENTISSIMO,
SERENISSIMO PRINCIPE AC DOMINO,
DN. PHILIPPO WILHELMO,
PRINCIPE BORVSSIAE, CETERA,
Indulgente Amplissimo Philosophorum Collegio,
IN ACADEMIA FRIDERICIANA,
PRÆSIDE
M. CHRISTIANO BENEDICTO
MICHAELIS,
ORD. PHILOSOPH. ADIVNCTO,
d. XVI. Febr. c^o 1779.
H. L. Q. C.
Publico examini exponet
CONRADVS ANDREAS Günther/
Bleicheroda - Hohnsteinensis.

HALAE MAGDEBURGICAE, LITTERIS SALFELDIANIS.